This is a digital copy of a book that was preserved for generations on library shelves before it was carefully scanned by Google as part of a project to make the world's books discoverable online.

It has survived long enough for the copyright to expire and the book to enter the public domain. A public domain book is one that was never subject to copyright or whose legal copyright term has expired. Whether a book is in the public domain may vary country to country. Public domain books are our gateways to the past, representing a wealth of history, culture and knowledge that's often difficult to discover.

Marks, notations and other marginalia present in the original volume will appear in this file - a reminder of this book's long journey from the publisher to a library and finally to you.

Usage guidelines

Google is proud to partner with libraries to digitize public domain materials and make them widely accessible. Public domain books belong to the public and we are merely their custodians. Nevertheless, this work is expensive, so in order to keep providing this resource, we have taken steps to prevent abuse by commercial parties, including placing technical restrictions on automated querying.

We also ask that you:

+ *Make non-commercial use of the files* We designed Google Book Search for use by individuals, and we request that you use these files for personal, non-commercial purposes.
+ *Refrain from automated querying* Do not send automated queries of any sort to Google's system: If you are conducting research on machine translation, optical character recognition or other areas where access to a large amount of text is helpful, please contact us. We encourage the use of public domain materials for these purposes and may be able to help.
+ *Maintain attribution* The Google "watermark" you see on each file is essential for informing people about this project and helping them find additional materials through Google Book Search. Please do not remove it.
+ *Keep it legal* Whatever your use, remember that you are responsible for ensuring that what you are doing is legal. Do not assume that just because we believe a book is in the public domain for users in the United States, that the work is also in the public domain for users in other countries. Whether a book is still in copyright varies from country to country, and we can't offer guidance on whether any specific use of any specific book is allowed. Please do not assume that a book's appearance in Google Book Search means it can be used in any manner anywhere in the world. Copyright infringement liability can be quite severe.

About Google Book Search

Google's mission is to organize the world's information and to make it universally accessible and useful. Google Book Search helps readers discover the world's books while helping authors and publishers reach new audiences. You can search through the full text of this book on the web at `http://books.google.com/`

600077320P

110.

T. MACCI PLAUTI

MENAECHMI

IN USUM LECTIONUM SUARUM

EDIDIT

IOHANNES VAHLEN

BEROLINI
APUD FRANCISCUM VAHLEN
MDCCCLXXXII

T. MACCI PLAUTI

MENAECHMI

IN USUM LECTIONUM SUARUM

EDIDIT

IOHANNES VAHLEN

BEROLINI

APUD FRANCISCUM VAHLEN

MDCCCLXXXII

297 - e . 106



PRAEFATIO.

Necessitati parens hanc Plauti fabulam, quam publicis scholis interpretari soleo, edendam curavi: Ritschelii enim Menaechmorum editio utraque et maior et minor exhausta fertur; Brixii libellus perutilis, quoniam alias rationes sequitur, non ea omnia parata habet quae cupio in promptu esse iis qui huic interpretationi operam daturi sunt; Ussingii autem magnum opus suapte natura non potest multorum in manibus esse. Quamobrem ne auditoribus exempla deessent idonea et parabilia, ipse hanc edendi operam sumpsi: qua quid egerim, res ipsa docebit. Emendatam fabulam nec dedi nec dare volui, ne si potuissem quidem: nam ita sentio, iis qui rationes ac vias emendationis Plautinae plurimis difficultatibus impeditae recte percipere cupiunt, nihil utilius aut magis necessarium esse, quam eam formam qua hae fabulae librorum memoria ad nostram aetatem proditae sint penitus cognoscere, ut quae in ea forma prava sint aut dubitationi obnoxia intelligere quotaque pars eorum emendatione certa restitui aut probabili ratiocinatione stabiliri possit quaeve pro rei natura in ambiguo sint relinquenda probe iudicare discant. Itaque textum fabulae describi iussi qualem libri scripti exhibent, correctionibus non receptis nisi quas certas esse crederem: in adnotatione autem subieci librorum scripturas quarum in diiudicanda lectione usum esse intelligerem, ex codice rescripto Ambrosiano quidquid Ritschelius attulit, ex Camerarii libro 'Vetere' et 'Altero' plurima, reiecta potissimum levidensi generis orthographici discrepantia, pauca ex Vaticano, in his omnibus brevitatis

quam maxime studiosus: quam consecutus etiam in personarum notis Ussingii exemplum imitatus sum ita ut quae omissae aut prave scriptae essent in libris (h. e. in Vetere Codice) diverso scripturae modo signarem, raro simul in adnotatione testatus: in quo genere vereor ne aliquoties peccaverim; ex Ritschelii quidem adnotatione nonnumquam me non satis certo expedivi: sed tamen vel ita, quoniam de personarum distributione in hac fabula praeter paucos locos paene nulla difficultas est aut dubitatio, hoc satis erat ad meas rationes, admoneri legentem si quid in libris secus haberetur. Grammaticorum testimonia, quorum in hac fabula emendanda non raro insignior est utilitas, perscripta dedi. Emendationes in adnotatione posui fere eas quas veras vel probabiles haberem, nonnullas, quas, etsi verae non essent, tamen certa ratione considerandas putarem, addito hic illic argumento vel exemplo ad confirmandam aut redarguendam scripturam veterem vel nuper repertam. Coniecturas multas sciens praetermisi, quia inutiles aut nimis esse incertae mihi visae sunt: si quid tamen forte imprudentem fugerit quod probe ac vere excogitatum sit, spero veniam paratum iri, cum praesertim non hoc egerim ut crisin Plautinam mea parte adiuvarem sed ut meorum discipulorum commodis, ut licuit his temporum angustiis, prospicerem, neque hoc meis omnino rationibus factum sit ut in plurium quam illorum manus haec exempla sint perventura. Ad. Kiesslingii Analecta altera, quibus is huius fabulae cum alia nonnulla scita interpretatione dilucidaverit, tum versuum 595—618 turbas non quod ego putabam transponendo sed recidendo esse componendas persuadere studet, sero ad me allata sunt: quod quam aegre tulerim, ipse non nescit. De compositione fabulae compluria expendenda restant: de qua re fortasse agam alias cum videbitur; quam nuper propositam vidi sententiam, bonam partem Menaechmorum interpolationi aut retractationi deberi, iam nunc profiteor mihi non probari.

Scr. Berolini m. Decembri MDCCCLXXXI.

PLAUTI MENAECHMI

A = Codex rescriptus Ambrosianus
B = Vetus codex Camerarii
C = Codex alter Camerarii

ARGUMENTUM

Mercator Siculus, quoi erant gemini filii,
Ei surrupto altero mors optigit.
Nomen surreptici illi indit qui domist
Avos paternus, facit Menaechmum e Sosicle.
5 Et is germanum, postquam adolevit, quaeritat
Circum omnis oras: post Epidamnum devenit:
Hic fuerat alitus ille subrepticius.
Menaechmum omnes civem credunt advenam,
Eumque appellant meretrix, uxor et socer.
10 I se cognoscunt fratres postremo invicem.

---

2 alie rumor ſoptigit *C* altero·· morſ ſoptigit (*corr* optigit) *B*, *cuius rasurae ratio intelligitur ex C* 3 ſurreptiti *B* ſurrepit *C* surrepticii indit illi *Camerarius* 4 menechume ſoficle *BC* 7 alitus *Pylades*: auttuſ *B* auituſ *C* 8 civem credunt omnes *Pylades* 10 I *Osannus*: Ii *C* ·ii *B*

PERSONAE FABULAE

Peniculus parasitus
Menaechmus adulescens
Erotium meretrix
Cylindrus coquus
Menaechmus-Sosicles adulescens
Messenio servus
Ancilla
Matrona
Senex
Medicus

PROLOGUS

Salutem primum iam a principio propitiam
Mihi atque vobis, spectatores, nuntio.
Adporto vobis Plautum, lingua non manu:
Quaeso ut benignis accipiatis auribus.
5 Nunc argumentum accipite atque animum advortite:
Quam potero in verba conferam paucissima.
Atque hoc poetae faciunt in comoediis:
Omnis res gestas esse Athenis autumant,
Quo illud vobis graecum videatur magis.
10 Ego nusquam dicam, nisi ubi factum dicitur.
Atque adeo hoc argumentum graecissat, tamen
Non atticissat, verum sicilicissitat.
Huic argumento antelogium hoc fuit:
Nunc argumentum vobis demensum dabo,
15 Non modio neque trimodio, verum ipso horreo:
Tantum ad narrandum argumentum adest benignitas.
Mercator quidam fuit Syracusis senex.
Ei sunt natei filii geminei duo,
Ita forma simili puerei, ut mater sua

---

9 vobis illud *Pylades* 12 *Paulus ex Festo p.* 28 *M.* 'Atticissat attice loquitur. Plautus "non atticissat sed *sicilissat*" id est sicule loquitur.' 13 ante elogium (elongium *B*) *BC* *Ausonius epist.* 16 *praef.* 'Hi igitur ut Plautus ait interim erunt *antelogium* fabularum garruli et deceptores.' 16 Tanta *Pius* 19 uti *Camerarius* *Nonius p.* 343, 28 'matrem veteres etiam nutricem

20 Non internosse posset quae mammam dabat,
Neque adeo mater ipsa quae illos pepererat,
Ut quidem ille dixit mihi, qui pueros viderat:
Ego illos non vidi, ne quis vostrum censeat.
Postquam iam pueri septuennes sunt, pater
25 Oneravit navem magnam multis mercibus;
Inponit geminum alterum in navem pater,
Tarentum avexit secum ad mercatum simul,
Illum reliquit alterum apud matrem domi.
Tarenti ludei forte erant, cum illuc venit.
30 Mortales multi, ut ad ludos, convenerant:
Puer inter homines aberravit a patre.
Epidamniensis quidam ibi mercator fuit:
Is puerum tollit avehitque Epidamnium.
Pater eius autem postquam puerum perdidit,
35 Animum despondit eaque is aegritudine
Paucis diebus post Tarenti emortuust.
Postquam Syracusas de ea re rediit nuntius
Ad avom puerorum, puerum surruptum alterum,
Patremque pueri Tarenti esse emortuom,
40 Immutat nomen avos huic gemino alteri:
Ita illum dilexit qui subruptust alterum:
Illius nomen indit illi qui domi est,
Menaechmo, idem quod alteri nomen fuit:
Et ipsus eodem est avus vocatus nomine.
45 Propterea illius nomen memini facilius,

---

dici volunt. Plautus Menechmis "ita forma simili pueri *ut* mater . . . pepererat". *Idem p.* 423, 21 'mater aliquando pro nutrice ponitur . . Pl. Men. "ita forma simili pueri *ut* mater . . . pepererat".'

25 nauim *C* 31 [ibi] aberravit *Ritschelius* 33 Epidamnum eum *Seyffertus Philol.* 25, 451 35 eaque is *Camerarius*: ea quiſ 40 gemino nomen avos huic *Ritschelius* 42. 43 *Vide quae de his versibus et de totius prologi ratione scripsi in mus. Rhen.* 1872 *p.* 173 45 *Nonius p.* 499, 30 'accusativus pro genitivo . . .

Quia illum clamore vidi flagitarier.
Ne mox erretis, iam nunc praedico prius:
Idem est ambobus nomen geminis fratribus.
Nunc in Epidamnum pedibus redeundum est mihi,
50 Ut hanc rem vobis examussim disputem.
Si quis quid vestrum Epidamnum curari sibi
Velit, audacter imperato et dicito:
Sed ita ut det, unde curari id possit sibi.
Nam nisi qui [non] argentum dederit nugas egerit:
55 [nam nisi] Qui dederit magis maiores nugas egerit.
Verum illuc redeo, unde abii, atque uno adsto in loco.
Epidamniensis ille, quem dudum dixeram,
Geminum illum puerum qui surrupuit alterum,
Ei liberorum, nisi divitiae, nil erat:
60 Adoptat illum puerum surrupticium
Sibi filium eique uxorem dotatam dedit,
Eumque heredem fecit quom ipse obiit diem.
Nam rus ut ibat forte, ut multum pluerat,
Ingressus fluvium rapidum ab urbe haud longule,
65 Rapidus raptori pueri subduxit pedes
Apstraxitque hominem in maximam malam crucem.
Illi divitiae evenerunt maximae.
Is illic habitat, geminus surrupticius.
Nunc ille geminus, qui Syracusis habet,
70 Hodie in Epidamnum venit cum servo suo
Hunc quaeritatum geminum germanum suum.

Plautus .. Et Menechmis "propterea ... facilius".' 50 *Nonius p.* 9, 13 'examussim .. Plautus .. Idem in Menechmis "ut ... disputem".' 51 ſibi uelit || Audacter *B* 54 non *induxit Beroaldus* 55 Nam nisi *induxit Pylades* 62 quom *Acidalius*: quam 63 pluuerat *corr Vaticanus* *Consentius p.* 378, 32 *K.* 'pluit .. priore correpta quamvis Plautus produxerit in Menaechmis "forte ut (et *Monac.*) multum *pluerat*".' 65 pedes *Saracenus*: fideſ 69 habet *B Vaticanus* 70 veniet *Geppertus* ſuo

Haec urbs Epidamnus est, dum haec agitur fabula:
Quando alia agetur, aliud fiet oppidum;
Sicut familiae quoque solent mutarier:
75 Modo hic agitat leno, modo adulescens, modo senex,
Pauper, mendicus, rex, parasitus, ariolus.

---

feruo *B* 74 mutarier *Camerarius*: mutarı 75 Modo hic agitat *Gruterus*: Modo nı cadıt at 76 *Videtur clausula prologi desiderari*

PENICULUS PARASITUS

77 Iuventus nomen fecit Peniculo mihi
Ideo quia mensam, quando edo, detergeo.
Homines captivos qui catenis vinciunt
80 Et qui fugitivis servis indunt compedes,
Nimis stulte faciunt mea quidem sententia.
Nam homini misero si ad malum accedit malum,
Maior lubido est fugere et facere nequiter.
Nam se ex catenis eximunt aliquo modo;
85 Tum compediti anum lima praeterunt
Aut lapide excutiunt clavom. Nugae sunt eae.
Quem tu adservare recte, ne aufugiat, voles,
Esca atque potione vinciri decet:
Apud mensam plenam homini rostrum deliges.

---

77 *Servius in Georg.* 1, 137 'nomina fecit, notamina: Plautus in Menechmis "Iuventus *fecit nomen* peniculo mihi".' 78 *Festus p.* 258, 33 *M.* '[quando . . acuta est temporis adverbium] ut Plautus in Me[naechmis ait: "ideo quia] mensam quando edo detergeo".' *Marius Plotius Sacerdos p.* 486, 10 *K.* '(tergeo et tergo) "qua mensas detergeo".' 82 Namque *Camerarius* 85 [aut] anum *Ritschelius; hiatus impatiens possit etiam* Tum compediti [autem] anum, *ut Trin.* 9 Tum hanc [autem] *de certa Spengelii coniectura; Capt.* 4, 2, 38 Tum lanii autem; *Aulul.* 552 Tum opsonium autem; *Cist.* 1, 3, 25 Tum illic autem *et similia alibi leguntur* *Nonius p.* 333, 32 'limari .. Pl. Men. "anum lima praeterunt".' 89 *Nonius p.* 455, 10 'rostrum hominis dici non debere consuetudo praesumpsit. apud Plautum in Menaechmis positum sic "apud . . *hominis* rostrum *deligis*".' homoni *et* 98 homones, *item* 221 ho-

90 Dum tu illi quod edit et quod potet praebeas
Suo arbitratu ad fatim cottidie,
Numquam edepol [te] fugiet, tam etsi capital fecerit:
Facile adservabis, dum eo vinclo vincies.
Ita istaec nimis lenta vincla sunt escaria:
95 Quam magis extendas, tanto adstringunt artius.
Nam ego ad Menaechmum hunc eo, quo iam diu
Sum iudicatus, ultro eo, ut me vinciat.
Nam illic homo homines non alit verum educat
Recreatque: nullus melius medicinam facit.
100 Ita est adulescens: ipsus escae maximae
Cerialis cenas dat, ita mensam extruit,
Tantas struices concinnat patinarias:
Standumst in lecto, si quid de summo petas.
Sed mi intervallum iam hos dies multos fuit:
105 Domi domitus sum usque cum careis meis:

---

monum, *al. Brixius Bergkio auctore* 90 edit *B* 91 [usque] ad fatim *Ritschelius olim coll. Poen.* 3, 1, 31; *idem postea* arbitratud (*Exc. Plaut.* 1 *p.* 72) *post Buechelerum de hoc genere omni prudenter iudicantem de decl. lat. p.* 48 92 edepol fugiet tametsi *Pylades*: edepol te fugiet iam et si *C* edepol te fugi & etiam & si *B* *Nonius p.* 38, 15 'capital . . Pl. Men. "numquam *hercle effugiet tametsi* capital fecerit".' 93 uinculo *B* 94 *Nonius p.* 108, 27 'escarium . . Pl. Men. "*ea enim fere* lenta vincla sunt *scaria*".' *Idem p.* 338, 14 'lentum tenax. Pl. Men. "lenta *vincta* sunt *scaria*".' 98 *Nonius p.* 422, 10 'alere est victu temporali sustentare, educare autem ad satietatem perpetuam educere. Pl. in Men. "nam illic homo *hominis* non *aut vert* educat".' 101 *Festus p.* 310, 30 'struices antiqui dicebant extructiones omnium rerum. Plautus "*cerialis caenas* dat ita *mensas* extruit tantas . . patinarias".'
certalis *BC* cerealis *alii* 102 *Servius in Aen.* 4, 267 'exstruis a struice. Pl. in Men. "tantas . . patinarias".' 103 *Donatus in Phorm.* 2, 2, 29 'ubi tu dubites quid sumas potissimum . . Plautus "*standum est* . . summo (summa *ed. pr.*) petas".'
105 Domo *pr B* domitus] dum dominus *Ritschelius, in summa re vere, nisi quod fortasse eandem in sententiam* Domi dominatus sum *positum fuit, quemadmodum* dominus *convivator,* dominia *autem*

Nam neque edo neque emo, nisi quod est carissumum:
Id quoque iam, cari qui instruuntur deserunt.
Nunc ad eum inviso. Sed aperitur ostium:
Menaechmum eccum ipsum video: progreditur foras.

MENAECHMUS ADULESCENS. PENICULUS PARASITUS

MENAECHMUS

110 Ni mala, ni stulta sis, ni indomita imposque animi,
Quod viro esse odio videas, tute tibi odio habeas.
Praeterhac si mihi tale post hunc diem
Faxis, faxo foris vidua visas patrem.
Nam quotiens foras ire volo, me retines, revocas, rogitas:
115 Quo ego eam, quam rem agam, quid negoti geram,
Quid petam, quid feram, quid foris egerim.
Portitorem domum duxi: ita omnem mihi
Rem necesse eloqui est, quicquid egi atque ago.
Nimium ego te habui delicatam: nunc adeo ut facturus dicam.

---

appellantur convivia ſummus que *pr B* 106 kariſſumum *B* 107 *De distinctione versus incorrupti dixi in prooem. ind. lect. aest.* 1880 *p.* 6 *sqq. et iterum ind. lect. hibern.* 1882 *p.* 4 *sq.*

110 *Servius in Aen.* 3, 686 'antiqui ni pro ne ponebant, qua particula plenus est Plautus "ni mala ni stulta *sis*".' *Donatus in Eunuch.* 2, 3, 36 'veteres ni pro ne ponebant . . ut Plautus "ni stulta *sis*" pro ne.' sies *Bothius. Cf.* 756 113 vises *Madvigius Opusc. alt. p.* 78 114 [ego] ire *Ritschelius; fortasse* foras exire, *cf.* 453. 500, *Mil. glor.* 537 ad te exibo foras 116 egerim *corr B* legerim *pr B, C* *Hauptius Opp.* 3, 519 foras egeram 118 neceſſe loqui eſt *BC* *Nonius p.* 24, 25 'portitores dicuntur telonearii qui portum obsidentes omnia sciscitentur et ex eo vectigal accipiant . . . Pl. Men. "portitorem domum duxi: *ita mihi necesse est eloqui* quicquid egi atque ago".'

120 Quando ego tibi ancillas, penum,
Lanam, aurum, vestem, purpuram
Bene praebeo nec quicquam eges,
Malo cavebis, si sapis:
Virum observare desines.
125 Atque adeo, ne me nequiquam serves, ob eam industriam
Hodie ducam scortum ad cenam atque aliquo condicam foras.

PENICULUS

Illic homo se uxori simulat male loqui, loquitur mihi:
Nam si foris cenat, profecto me, haud uxorem, ulciscitur.

MENAECHMUS

Euax, iurgio hercle tandem uxorem abegi ab ianua.
130 Ubi sunt amatores mariti? dona quid cessant mihi
Conferre omnes congratulantes, quia pugnavi fortiter?
Hanc modo uxori intus pallam surrupui: ad scortum fero.
Sic hoc decet, dari facete verba custodi catae,
Hoc facinus pulchrum est, hoc probum est, hoc lepidum est, hoc factumst fabre:
135 Meo malo a mala abstuli, hoc ad damnum deferetur.
Avorti praedam ab hostibus nostrum salute socium.

PENICULUS

Heus adulescens, ecqua in istac pars inest praeda mihi?

120—124 *quinque quaternarios descripsi concedente iam Ritschelio; in B quaternarium unum* Quando . . penum *duo excipiunt octonarii* 120 *Servius in Aen.* 4, 373 'egeo hanc rem. Pl. in Men. "*linum lanam praebeo neque* quicquam eges".' 126 atque ad coenam *Palmerius* 129 *Varro de lingua latina* 7, 98 *p.* 369 *Sp.* 'Apud Plautum "euax *iurgio uxorem tandem ab regia ianua*" euax verbum nihil significat sed effutitium naturaliter est.' *Ritschelius* hercle uxorem tandem 131 quia *libri*: qui *pr B* 134 factuſt *BC* 136 Aduorti *B* Auerti *C cum reliquis* *Prisciianus* 7 *p.* 309, 4 *H.* 'nostrum pro nostrorum . . Plautus . . Idem in Menechmis "*Averti* (avertit *nonnulli libri*) . . . socium".' 137 ecqua *corr B* et qua *pr B, C* praeda mihi *Camerarius*: pre mihi *BC*

MENAECHMUS

138 Perii, in insidias deveni.

PENICULUS

Immo in praesidium: ne time.

MENAECHMUS

Quis homo est?

PENICULUS

Ego sum.

MENAECHMUS

O mea commoditas, o mea opportunitas,

140 Salve.

PENICULUS

Salve.

MENAECHMUS

Quid agis?

PENICULUS

Teneo dextera genium meum.

MENAECHMUS

141 Non potuisti magis per tempus mi advenire quam advenis.

PENICULUS

Ita ego soleo: commoditatis omnis articulos scio.

MENAECHMUS

143 Vin tu facinus luculentum inspicere?

PENICULUS

Quis id coxit coquus?
Iam sciam, si quid titubatumst, ubi reliquias videro.

MENAECHMUS

145 Dic mihi, numquam tu vidisti tabulam pictam in pariete,
Ubi aquila Catameitum raperet aut ubi Venus Adoneum?

PENICULUS

Saepe, sed quid istae picturae ad me adtinent?

---

138 deueni *corr B* deuenit *pr B, C* 140 dextera *Camerarius*: dextra 143 quocuſ *C**quocuſ *B* 145 numquam *Salmasius*: nūqūa *C* numqua *B* en umquam *Brixius* 146 catamei tum *pr B* cate mei tum *C* catamitum *corr B*

MENAECHMUS

Age me aspice.

148 Ecquid adsimulo similiter?

PENICULUS

Qui istic est ornatus tuus?

MENAECHMUS

Dic hominem lepidissimum esse me.

PENICULUS

Ubi essuri sumus?

MENAECHMUS

150 Dic modo hoc quod ego te iubeo.

PENICULUS

Dico: homo lepidissime.

MENAECHMUS

Ecquid audes de tuo istuc addere?

PENICULUS

Atque hilarissime.

MENAECHMUS

152 Perge.

PENICULUS

Non pergo hercle, nisi scio qua gratia.
Litigium tibi est cum uxore: eo mi abs te caveo cautius.

MENAECHMUS

Clam uxorem est ubi sepulchrum habeamus, atque hunc comburamus diem.

---

151 Atqui *BC* 152 *Versus mancus quo suppleatur aut* Perge [perge] *aut* hercle [vero] *scribunt, quorum illud quod Schwabii est* (Perge porro *Pylades*) *paulo sane probabilius videtur altero*
153 Litigium *corr B* Litidium *pr B, C* uxore oh *C* uxore . м. o *B, correxit Ritschelius* 154 *Charisius* 1 *p.* 145, 17 *K.* 'te ablativo: clam te est; atquin Plautus in Menaechmis "clam uxorem *est*", nisi forte clam et accusativo et ablativo possit aptari.'
Clam uxorem *sine* est *Plauti libri* *fortasse* ubi sepulchrum habeam combura**ıſ *B pr* comburamıſ *corr B* c̄burnauſ *C*

PENICULUS

155 Age sane igitur, quando aequum oras, quam mox incendo rogum?
Dies quidem iam ad umbilicum est dimidiatus mortuus.

MENAECHMUS

Te morare, mihi quom obloquere.

PENICULUS

Oculum ecfodito per solum
Mihi, Menaechme, si ullum verbum faxo, nisi quod iusseris.

MENAECHMUS

159 Concede huc a foribus.

PENICULUS

Fiat.

MENAECHMUS

Etiam concede huc.

PENICULUS

Licet.

MENAECHMUS

160 Etiam nunc concede audacter ab leonino cavo.

PENICULUS

Eu: edepol ne tu, ut ego opinor, esses agitator probus.

MENAECHMUS

Quidum?

PENICULUS

Ne te uxor sequatur, respectas identidem.

MENAECHMUS

163 Sed quīd ais?

---

155 incondo *B* 156 *Gellius N. A.* 3, 14, 16 'in Menaechmis autem dimidiatum diem non dimidium in hoc versu "dies quidem *iam ad umbilicum* dimidiatus *mortuus est*".' iā dumbilicum *C* ia * dum bilicum *pr B* iā ad um bilicum *corr B* 157 Te morare *C* Ne morare *B sed* N *e corr* quom *olim correctum*: quam *C* quin (in *e corr*) *B* ecfodito *C* hec fodito *B* 159 fiat etiam . M. concede huc licet *B* 161 Eu *videtur Menaechmo iam tandem contento rectius adscribi*, *Peniculi autem oratio ab* edepol *incipere aptius* 163 ais *Pylades*: agif

PENICULUS

Egone? id enim quod tu vis, id aio atque id nego.

MENAECHMUS

Ecquid tu de odore possis, si quid forte olfecceris,
165 Facere coniecturam?

PENICULUS

Captum sit collegium,
Cuo s ata

MENAECHMUS

167 Age dum, odorare hanc quam ego habeo pallam: quid olet?
apstines?

PENICULUS

Summum olfactare oportet vestimentum muliebre?
Nam ex istoc loco spurcatur nasum odore inlutibili.

MENAECHMUS

170 Olfacta igitur hinc, Penicule: lepide ut fastidis.

PENICULUS

Decet.

MENAECHMUS

Quid igitur? quid olet? responde.

PENICULUS

Furtum, scortum, prandium.
Tibi
Elocutus

---

164 Ecquid] Hec quıd *C* Haec quıd *B* 165 FACERE COCT *initio versus legere sibi visus est Ritschelius in A* si siet *Bothius* 166 *Versus in reliquis libris omissi vestigia in A agnovit Ritschelius haec* CVO . . . S . . ATA, *ex quibus effici nihil potest, etsi sententiam recte divinasse Ritschelius videtur* ‘*non melius quam me coniecturum puto.*’ 168 oportet olfactare *Guyetus* 169 *Nonius p.* 394, 15 ‘spurcum etiam fetidum. Pl. Men. “*nec isto loco spurcatur nasum odore inlutibili.*” ex *om B* modore *B* modorı *C* ınlucıdo *BC*, inlutili *Ritschelius* 170 Olfacta *olim correctum*: De facta *BC*

172. 173 *Duobus versibus auctior A est, quorum initia quae sola nunc exstant sic descripsit Ritschelius*

TI • • F • AI • • • • • Q —
ELOCUTUSNU —
• • • •

idem alterum eorum Menaechmo adscripsit

MENAECHMUS

Nunc ad amicam deferetur hanc meretricem Erotium.
175 Mihi, tibi atque illi iubebo iam adparari prandium:
Inde usque ad diurnam stellam crastinam potabimus.

PENICULUS

Eu expedite fabulatus. iam ferio foris?

MENAECHMUS

Feri.
178 Vel mane etiam.

PENICULUS

Mille passum commoratus cantharum.

MENAECHMUS

Placide pulta.

PENICULUS

Metuis credo, ne fores Samiae sient.

MENAECHMUS

180 Mane mane, obsecro hercle: ab se eccam exit. Ah, solem vides
Satin ut occaecatus prae huius corporis candoribus?

EROTIUM MULIER. PENICULUS PARASITUS. MENAECHMUS ADULESCENS

EROTIUM

182 Anime mei, Menaechme, salve.

PENICULUS

Quid ego?

EROTIUM

Extra numerum es mihi.

---

175 iubeo *B* 176 adiurnam *B* ad diurnum *C* MUSEU *in fine versus A, unde* Eu *quod in reliquis libris deest proximo versui praeposuit Ritschelius* 177 FERIO FORIS *A* foriſ ferio *reliqui* 180 eapse *Acidalius* eccam *Bothius*: ecca ah *Bothius*: o *C* PE. oh *B* vide, *Acidalius* 181 occaecatust *Pylades*

PENICULUS

183 Idem istuc aliis adscriptivis fieri ad legionem solet.

MENAECHMUS

Ego istic mihi hodie adparari iussim apud te proelium.

EROTIUM

185 Hodie id fiet.

MENAECHMUS

In eo uterque proelio potabimus.
Uter ibi melior bellator erit inventus cantharo,
187 Tueſt legio adiudicato, cum utro hanc noctem sies.
Ut ego uxorem, mea voluptas, ubi te aspicio, odi male.

EROTIUM

Interim nequis quin eius aliquid indutus sies.
190 Quid hoc est?

MENAECHMUS

Induviae tuae atque uxoris exuviae, rosa.

EROTIUM

Superas facile, ut superior sis mihi quam quisquam qui impetrant.

PENICULUS

192 Meretrix tantisper blanditur, dum illud quod rapiat videt.
Nam si amabas, iam oportebat nasum abreptum mordicus.

MENAECHMUS

Sustine hoc, Penicule: exuvias facere quas vovi volo.

---

183 *Varro de lingua latina* 7, 56, *p.* 340 *Sp.* 'in Menaechmis "idem . . . *fieri ad* (in *Flor.*?) *legionem* solet". adscriptivi dicti quod olim adscribebantur inermes armatis militibus qui succederent si quis eorum deperisset.' ad legionem fieri *Plauti libri* 184 iussim *Acidalius*: ıuſſı 185 fiet *Gruterus*: flet *BC* proelio *Scaliger*: pro ılıo *BC* 187 Tueſt *B corr* Tuus est: legito ac iudicato *conieci olim;* Tua haec est legio: adiudicato *Pareus* utrone *Fleckeisenus*, utrod *Ritschelius* 189 ınıuta *corr* ınduta *B* sies *Pylades*: ſıſ 193 *Nonius p.* 138, 21 'mordicus.. Pl. Men. "*iamdudum oportuit* nasum *adeptum* (ademptum *edd*) mordicus".' 194 quas vovi volo *Camerarius*: quaſ ſuo uıuolo

Peniculus

195 Cedo; sed obsecro hercle, salta sic cum palla postea.

Menaechmus

Ego saltabo? sanus hercle non es.

Peniculus

Egone an tu magis?

197 Si non saltas, exue igitur.

Menaechmus

Nimio ego hanc periculo
Surrupui hodie: meo quidem animo ab Hippolyta subcingulum
Haud Hercules aeque magno umquam abstulit periculo.

200 Cape tibi hanc, quando una vivis meis morigera moribus.

Erotium

Hoc animo decet animatos esse amatores probos.

Peniculus

Qui quidem ad mendicitatem se properent detrudere.

Menaechmus

Quattuor minis ego emi istanc anno uxori meae.

Peniculus

Quattuor minae perierunt plane ut ratio redditur.

Menaechmus

205 Scin quid volo ego te accurare?

Erotium

Scio, curabo quae voles.

Menaechmus

Iube igitur tribus nobis apud te prandium accurarier,
Atque aliquid scitamentorum de foro obsonarier,

B quaſ ſuo uiuilo *C* 198 ipolita *BC* 199 Haud hercle ſeque *B* Aud hercule ſeque *C* HAUD HERC - *A* Hercules haud *Lambinus* *Festus p.* 302, 5 *M.* 'suc]cingulum ap[pellabant antiqui bal]teum. Plautus "[ab Hippolyte succingul]um Herculis [aeque magno neu]tiquam abstu[lit periculo]".' 200 mieiſ *B* mieiſ *C* 202 proderent *BC*, *olim correctum* 205 VOLO TE *A* 207 scitamentorum *Turnebus*: ſit amentorum

Glandionidam suillam laridum aut pernonidem
Aut sincipitamenta porcina aut aliquid ad eum modum,
210 Madida quae mihi adposita in mensa miluinam suggerant.
Atque actutum.

EROTIUM

Licet ecastor.

MENAECHMUS

Nos prodimus ad forum.
212 Iam hic nos erimus: dum coquetur, interim potabimus.

EROTIUM

Quando vis, veni, parata res erit.

MENAECHMUS

Propera modo. —
Sequere tu.

PENICULUS

Ego hercle vero te et servabo et te sequar,
215 Neque hodie ut te perdam meream deorum divitias mihi. —

EROTIUM

Evocate intus Culindrum mihi coquum actutum foras.

EROTIUM MERETRIX. CYLINDRUS COCUS

EROTIUM

217 Sportulam cape atque argentum. eccos tris nummos habes.

CYLINDRUS

Habeo.

---

208 LARIDUMAUTPERNONIDEM | AUTSINCII·IAMENTA *A* laridum pernonidem | Aut ſincipit amenta *BC* 210 mensa *Lambinus*: menſam MULUINAM *A* 212 coquetur *Bothius*: quoquitur 215 deorum *C* deum *B* 216 quoquum *BC* *Charisius* 2, *p.* 201, 5 *K.* 'intus Pl. in menechimis "evocate intus *mihi cocum Cilyndrum* actutum foras".' 217 heccoſ triſ *B pr, C*

EROTIUM

Abi atque obsonium adfer: tribus vide quod sit satis,
Neque defiat neque supersit.

CYLINDRUS

Cuius modi hi homines erunt?

EROTIUM

220 Ego et Menaechmus et parasitus eius.

CYLINDRUS

Iam isti sunt decem.
Nam parasitus octo hominum munus facile fungitur.

EROTIUM

222 Elocuta sum convivas: ceterum cura.

CYLINDRUS

Licet.
Cocta sunt: iube ire accubitum.

EROTIUM

Redi cito.

CYLINDRUS

Iam ego hic ero.

---

219 hi hominef *B corr*, hiominef *B pr*, *C* 221 OCTOHOMINUMNUN· *A* *Nonius p.* 497, 7 'accusativus positus pro ablativo . . Pl. Menechmis "nam . . . fungitur".' octo munus hominum *Muretus* 222 cura licet *B corr*, curaticet *B pr*, *C* CURARILICET *A* cura. CY. Ilicet *Buechelerus*

MENAECHMUS ADULESCENS. MESSENIO SERVUS. TACITI

MENAECHMUS

224 Voluptas nulla est navitis, Messenio,
Maior meo animo, quam quando ex alto procul
Terram conspiciunt.

MESSENIO

Maior, non dicam dolo,
227 [quam] Si adveniens terram videas quae fuerit tua.
Sed quaeso, quam ob rem nunc Epidamnum venimus?
An quasi mare omnis circumimus insulas?

MENAECHMUS

230 Fratrem quaesitum geminum germanum meum.

MESSENIO

Nam quid modi futurum est illum quaerere?
Hic annus sextus est, postquam ei rei operam damus.
Histros, Hispanos, Massiliensis, Hilurios,
Mare superum omne Graeciamque exoticam
235 Orasque Italicas omnis, qua adgreditur mare,

---

224 *Placidus Lactantius in Papinii Statii Thebaidos* 2, 194 'prospectet amicam Puppis humum: suffecerat addidisse humum nisi iungeret amicam. ut Pl. in Men. "*voluptas nulla est* . . . quam *quando* ex alto procul Terram *prospiciunt*. maior *est* non dicam dolo *Quam si* adveniens terram *conspicias* quae fuerit tua".'
VOLUPTASNULLAEST *A* nullaſt uoluptaſ *BC* 225 quando] qum *C* qũm *B* 227 Si *Acidalius*: Quam ſi 228 in epidamnum *B*
232 ei rei *Gruterus*: ire hi

Sumus circumvecti: sei acum, credo, quaereres,
Acum invenisses, sei appareret, iam diu.
Hominem inter vivos quaeritamus mortuom:
Nam invenissemus iam diu, sei viveret.

MENAECHMUS

240 Ergo istuc quaero certum qui faciat mihi,
Quei sese deicat scire, eum esse emortuum:
Operam praeterea numquam sumam quaerere.
Verum aliter vivos numquam desistam exsequi:
Ego illum scio quam carus sit cordi meo.

MESSENIO

245 In scirpo nodum quaeris. Quin nos hinc domum
Redimus, nisi si historiam scripturi sumus.

MENAECHMUS

Dictum facessas: datum edis; caveas malo,
Molestus ne sis: non tuo hoc fiet modo.

MESSENIO

Hem,
Illoc enim verbo esse me servom scio:
250 Non potuit paucis plura plane proloqui.
Verum tamen nequeo contineri quin loquar.
Audin, Menaechme? quom inspicio marsuppium,
Viaticati hercle admodum aestive sumus.
Ne tu hercle, opinor, nisi domum revorteris,

---

236. 237 SEI *A solus* 237 iam diu *Gulielmus*: tam diu 239 SEI *A solus* 240 ſtu*c *B pr*, iſtunc *B corr* qui *B* quid *C* QUI*** *A* 241 QUEISESEDEICAT *A solus* EMORTUUM *A*, *C* mortuum *B* 242 SUMMAM *A* 243 UIUOS *et* EXSEQUI *A cum reliquis* 244 CARUSSITCORDI *A* cordi ſit caruſ *BC* 247 facessas *Saracenus*: facceſſaſ doctum et discaveas *Camerarius* 248 modo em *ABC*, *olim correctum* Em illoc *Brixius* 251 contineri *Fleckeisenus*: continere *Conf.* 1106 *Capt.* 3, 4, 60

252 Audin *C* Adi ** *B pr*, Adi ** *B corr* 252 qum *BC*
254 REUORTERI·I *A* reuoterıſ *B* reuerterıſ *C*

255 Ubi nil habebis, geminum dum quaeres, gemes.
Nam ita est haec hominum natio · · · Epidamnieis
Voluptarii atque potatores maxumei:
Tum sycophantae et palpatores plurumei
In urbe hac habitant: tum meretrices mulieres
260 Nusquam perhibentur blandiores gentium.
Propterea huic urbei nomen Epidamno inditum est,
Quia nemo ferme sine damno huc devortitur.

MENAECHMUS

Ego istuc cavebo. cedo dum huc mihi marsuppium.

MESSENIO

Quid eo vis?

MENAECHMUS

Iam aps te metuo de verbis tuis.

MESSENIO

265 Quid metuis?

MENAECHMUS

Ne mihi damnum in Epidamno duis.
Tu magnus amator mulierum es, Messenio,
Ego autem homo iracundus, animi perditi:
Id utrumque, argentum quando habebo, cavero
Ne tu delinquas neve ego irascar tibi.

MESSENIO

270 Cape atque serva: me lubente feceris.

---

255 QUAERES *A* querıſ *BC* GEMES | · · · · · · · · · · · · HOMINUMNATIO · · · EPIDAMNIEIS | UOL - *A* gemeſ natıo epıdamnıa | Nam ıta eſt hec hominū | Voluptarıı *BC* Epidamnieis *videri nominativum esse scripsi in mus. Rhen.* 1872 *p.* 176 ipsi Epidamnieis *propter defectum in A coniiciens;* in Epidamniis *Ritschelius* 257 MAXUMEI *A* maxımı *BC* 258 PLURUMEI *A* pluri *BC* 261 URBEI *A solus* INDITŪEST *A* ındıtuſt *BC* 262 SINEDAMNOHUC *A* huc sıne damno *BC* dıuortıtur *B* 263 H·CMIHI *A* mıhı huc *BC* 265 duis *Beroaldus*: dıeſ *vel* dııſ 267 ıracundıſ *BC* perciti *Lipsius* 268 habebo *Pylades*: habeo 269 neuego *BC* 270 ıubente *BC*

CYLINDRUS. MENAECHMUS. MESSENIO

CYLINDRUS

271 Bene opsonavi atque ex mea sententia:
Bonum anteponam prandium pransoribus.
Sed eccum Menaechmum video. Vae tergo meo:
Prius iam convivae ambulant ante ostium,
275 Quam ego opsonatu redeo. Adibo atque adloquar.
Menaechme, salve.

MENAECHMUS

Di te amabunt, quisquis . .
ego sim?

MESSENIO

278 Non hercle vero.

CYLINDRUS

Ubi convivae ceteri?

MENAECHMUS

Quos tu convivas quaeris?

CYLINDRUS

Parasitum tuum.

MENAECHMUS

280 Meum parasitum? Certe hic insanust homo.

MESSENIO

Dixin tibi esse hic sycophantas plurimos?

MENAECHMUS

Quem tu parasitum quaeris, adulescens, meum?

CYLINDRUS

Peniculum.

MENAECHMUS

ubi · · · · s meus?

---

273 vıdeo. vae tergo *Gruterus*: uıdeonaetergo 276 amabunt quıſquıſ ego ſım (ſun *C*) *BC; uno versu auctior fuit A; orationem mancam hoc exemplo* amabunt quisquis [es. Tun hunc scis qui sit qui sciat quis] ego siem? *supplevit Ritschelius* 280 certo *Ritschelius* 283. 284 *unus versus est in BC* Peniculum eccum . .

MESSENIO

Peniculum eccum in vidulo salvom fero.

CYLINDRUS

285 Menaechme, numero huc advenis ad prandium:
Nunc opsonatu redeo.

MENAECHMUS

Responde mihi,
Adulescens: quibus hic pretiis porci veneunt
288 Sacres sinceri?

CYLINDRUS

Nummis.

MENAECHMUS

Nummum a me accipe:
Iube te piari de mea pecunia.
290 Nam equidem insanum esse te certo scio,
Qui mihi molestus homini ignoto, quisquis es.

CYLINDRUS

Cylindrus ego sum: non nosti nomen meum?

MENAECHMUS

Seu tu Cylindrus seu Coriendrus, perieris.
Ego te non novi neque novisse adeo volo.

CYLINDRUS

295 Est tibi Menaechmo nomen, tantum quod sciam.

ſaluom fero: *pro quo duos habuit A, quorum prior his litteris* UBI · · · · SMEUS *terminatur. supplementa incerta, sed apparet in libris Palatinis quemadmodum supra* 276 *a* quisquis *ad* quis ego *insequentis versus sic nunc a priore* Peniculum *ad alterum aberrasse librarium*

287 *Festus p.* 318, 7 *M.* 'sacrem . . . [Plautus "adu]lescens qui-[bus hic pretiis porci] *veneunt* sa[cres sinceri? nummis.]nummum [a me accipe. iube te] *plari* de mea [pecunia]".' pretii *BC* ueniunt *BC* 288 Sacriſ incerinumiſ a *C* Sacriſ incerinummiſ.... a *cum rasura B* SNUMMUMAMEACCIPE *A, unde Ritschelius versum restituit* *Varro de re rustica* 2, 4, 16 '(porci) a partu decimo die habentur puri et ab eo appellantur ab antiquis *sacres*, quod tum ad sacrificium idonei dicuntur primum. itaque apud Plautum in Menaechmis cum insanum quem putat ut pietur in oppido Epidamno interrogat "quanti hic porci sunt *sacres?*".' *Idem*

MENAECHMUS

Pro sano loqueris, quom me appellas nomine.
Sed ubi novisti me?

CYLINDRUS

Ubi ego te noverim,
298 Qui amicam habeas eram meam hanc Erotium?

MENAECHMUS

Neque hercle ego habeo neque te, qui homo sis, scio.

CYLINDRUS

300 Non scis quis ego sim, qui tibi saepissume
Cyathisso apud nos quando potas?

MESSENIO

Hei mihi,
Quom nihil est, qui illi homini dimminuam caput.

MENAECHMUS

Tun cyathissare mihi soles, qui ante hunc diem
Epidamnum numquam vidi neque veni?

CYLINDRUS

Negas?

MENAECHMUS

305 Nego hercle vero.

CYLINDRUS

Non tu in illisce aedibus
Habitas?

MENAECHMUS

Di illos homines, qui illic habitant, perduint.

---

ibidem 2, 1, 20 '(porci) quom puri sunt ad sacrificium ut immolentur olim appellati *sacres*, quos appellat Plautus cum ait "quanti sunt porci *sacres*?"' 296 qum *BC* 299 HERCLEEGO *A* hercle *BC* QUIHOMOSIS *A* quiſ homo ſiſ *BC* 301 ei *BC* 302 Qum *B* illic *Ritschelius*, *ut* 817. 829 306 Habes *Seyffertus stud. Plaut. p.* 6 *Cf. v.* 69 *et ind. lect. aest.* 1880 *p.* 13 perduint *B corr*, per-

CYLINDRUS

Insanit hic quidem, qui ipse male dicit sibi.
308 Audin, Menaechme?

MENAECHMUS

Quid vis?

CYLINDRUS

Si me consulas,
Nummum illum quem mihi dudum pollicitus dare,
310 Nam tu quidem hercle certo non sanus satis,
Menaechme, qui nunc ipsus male dicas tibi,
Iubeas, si sapias, porculum adferri tibi.

MENAECHMUS

Heu hercle hominem multum et odiosum mihi.

CYLINDRUS

Solet iocari saepe mecum illoc modo;
315 Quamvis ridiculus est, ubi uxor non adest.
Quid ais tu?

MENAECHMUS

Quid vis, inquam.

CYLINDRUS

Satin hoc quod vides
317 Tribus vobis opsonatumst, an opsono amplius,
Tibi et parasito et mulieri?

MENAECHMUS

Quas tu mulieres,
Quos tu parasitos loquere?

---

dunt *B pr*, *C* 307 quidem *Bothius*: equidem ipse *olim correctum*: id ſe *Versum* 312 *ante* 310 *posuit Camerarius; cui transpositioni sententiae conformatio non nimis favet: interpolationis opinionem recte vituperat Brixius* 313 Heu | Hercle *Ritschelius*: Tu hercle *BC* Eu *corr B* 314 locari *BC* illoc *B* illo *C* 316 nequam *Ritschelius, sed cf.* 639 tu quid ais? Palla, inquam, periit domo; *Epidic.* 32; *Capt.* 565 *Uss.* 317 nobiſ obsonatuſt an opſono *B* uobiſ obſonatuſ tan obſono *C* *De distinctione vide ind. lect. aest.* 1880 *p.* 12 318 tu *delevit Pylades, sed conf. Pseud.* 1195 *R.* Quem tu Pseudulum, quas tu mihi praedicas fallacias? *Ut fortasse haec sit versus mensura* Tibi et párasito et mulíeri: Quás tu mú-

MESSENIO

Quod te urguet scelus,

320 Qui huic sis molestus?

CYLINDRUS

Quid tibi mecumst rei?

Ego te non novi: cum hoc quem novi fabulor.

MENAECHMUS

322 Non edepol tu homo sanus es, certo scio.

CYLINDRUS

Iam ergo haec madebunt faxo: nil morabitur.

Proin tu ne quo abeas longius ab aedibus.

325 Numquid vis?

MENAECHMUS

Ut eas maximam malam crucem.

CYLINDRUS

Ire hercle meliust te interim atque accumbere,

Dum ego haec appono ad Volcani violentiam.

Ibo intro et dicam te hic adstare Erotio,

Ut te hinc abducat potius quam hic adstes foris.

MENAECHMUS

330 Iamne abiit? *abiit.* Edepol haud mendacia

Tua verba experior esse.

MESSENIO

Observato modo:

Nam istic meretricem credo habitare mulierem,

Ut quidem ille insanus dixit, qui hinc abiit modo.

MENAECHMUS

Sed miror, qui ille noverit nomen meum.

---

lieres *variato nominum accentu. Cf.* 220 324 habeaſ *BC* 326 *Cf.* 214 dum coquetur interim potabimus; *coniungi videntur* ire atque accumbere, *ut* ibo atque arcessam 862, ibo atque eloquar *Aulul.* 809 327 ergo *BC* 330 abiit? [abiit] *Gruterus*: habıt *ve* abııt *semel BC Cf.* 537 331 exterioreſ e obſeruato *BC, correxit*

MESSENIO

335 Minime hercle mirum: morem hunc meretrices habent:
Ad portum mittunt servolos ancillulas:
Si quae peregrina navis in portum advenit,
Rogitant cuiatis sit, quid ei nomen siet:
Postilla extemplo se applicant agglutinant;
340 Si pellexerunt, perditum amittunt domum.
Nunc in istoc portu stat navis praedatoria.
Aps qua cavendum nobis sane censeo.

MENAECHMUS

Mones quidem hercle recte.

MESSENIO

Tum demum sciam
Recte monuisse, si tu recte caveris.

MENAECHMUS

345 Tace dum parumper: nam concrepuit ostium.
Videamus, qui hinc egreditur.

MESSENIO

Hoc ponam interim.
Adservatote haec si voltis, navales pedes.

EROTIUM MULIER. MENAECHMUS ADULESCENS. MESSENIO SERVUS

EROTIUM

348 Sine fores sic, abi: nolo operiri.
Intus para, cura, vide, quod opust fiat:

Lipsius 337 Si qua *B corr* Sed qua *B pr* Sed quia *C* quae *Ritschelius* 338 *Priscianus* 17, *p.* 122, 19 *H.* 'cuias, cuius nominativum etiam cuiatis communi genere antiqui proferebant. Plautus.. idem in Menaechmis "*Rogitant* cuiatis sit *aut quo ex oppido*".' Rogant *B* quid *B* 339 Postilla extemplo *Gulielmus*: Poſt illae extemplo *B* Poſt ille extemplo *C* 346 hinc creditur *B pr, C, corr B* 347 sultis *Pylades* *Nonius p.* 461, 30 'revocare pedem .. etiam fluviorum dici posse .. et Plautus remos navium pedes dixit.'

350 Sternite lectos, incendite odores.
Munditia inlecebra animost amantium:
Amanti amoenitas malost, nobis lucrost.
Sed ubi ille est, quem coquus ante aedis esse ait? atque eccum video,
Qui mihi est usui et plurimum prodest.
355 Item hinc ultro fit ut meret potissumus nostrae domi ut sit.
Nunc eum adibo, adloquar ultro.
Animule mei, mihi mira videntur
Te hic stare foris, fores quoi pateant,
Magis quam domus tua, domus quom haec tua sit.
360 Omne paratumst, ut iussisti atque ut voluisti, neque tibi st ulla mora intus.
Prandium ut iussisti hic curatumst: ubi lubet, ire licet accubitum.

MENAECHMUS

363 Quicum haec mulier loquitur?

EROTIUM

Equidem tecum.

---

352 malo ſi *B* maloſr *C* malo est *Camerarius* 353 ẹdiſſe ait ſe *C* aediſ^{ef} ſe ait ** *B* 354 propeſt *C* prope^{d}ſt *B* 355 *Nonius p.* 468, 14 'meret pro meretur. Pl. in Men. "item *hic* ultro (incultro *Bambergensis*) fit ut meret *potissimus* nostrae *domi ut sit*".'
potiſſimuſ *C* potiſſumum *B* ut sit domi *Ritschelius*
359 quom] quam *BC* cum *olim corr* 360 paraſituſt ut iuſſiſti *BC* paratuſt ut iuſſiſti *corr. ras. B* 361 tibi ſullā oraſ *C*; tibi || ſtullam ora *corr ras.* tibiſt || ullam ora *B*; tibi est ulla mora *Camerarius* tibi iamst *cum Hermanno Ritschelius; fortasse* neque tibi est [haud] ulla *coll. v.* 365 362 ut iuſ ſt ſtihic *C* ut iuſſ*ſti hic *B* ut iuſſiſtichic *B corr* curatuſt ubi *B* curatuſ tibi *C*
lubet *C* libet *B* *Cf. Nonius p.* 106, 13 'Varro Tafe Menippu "ubi lubet, ire licet accubitum" accedo (accepto *correxi olim*) strenue sussilimus quod esurigo findebat costas.' *Fortasse* iusti (*cf.* 1126) *ut octonarius prodeat* prándium ut iusti híc curatumst: úbi lubet, ire lícet accubitum, *quo transitus a cantico ad colloquium paretur*

MENAECHMUS

Quid mecum tibi
Fuit umquam aut nunc est negoti?

EROTIUM

Quia pol te unum ex omnibus
365 Venus me voluit magnificare, neque id haud immerito tuo.
Nam ecastor solus bene factis tuis me florentem facis.

MENAECHMUS

Certo haec mulier aut insana aut ebria est, Messenio,
Quae hominem ignotum conpellet me tam familiariter.

MESSENIO

Dixĭn ego istaec hic solere fieri? folia nunc cadunt,
370 Praeut, si triduum hoc hic erimus, tum arbores in te cadent.
Nam ita sunt hic meretrices: omnes elecebrae argentariae.
Sed sine me dum hanc compellare. — Heus mulier, tibi dico.

EROTIUM

Quid est?

MESSENIO

373 Ubi tu hunc hominem novisti?

EROTIUM

Ibidem, ubi hic me iam diu,
In Epidamno.

MESSENIO

In Epidamno, qui huc in hanc urbem pedem
375 Nisi hodie numquam intro tetulit?

EROTIUM

Heia, delicias facis,
Mi Menaechme: quin amabo is intro: hic tibi erit rectius.

---

364 negotii *BC* 366 facis *olim correctum*: faciaſ *vel* fatiaſ *BC* 369 heic *B* fortia *B* 371 *De distinctione vide mus. Rhen.* 1872 *p.* 176 *Cf. Paulus diaconus ex Festo p.* 76 'elecebrae argentariae, meretrices ab eliciendo argento dictae.' 372 dicoſ *B pr, C* dico *B corr* 375 eia *B* hia *C*

MENAECHMUS

377 Haec quidem edepol recte appellat meo me mulier nomine.
Nimis miror, quid hoc sit negoti.

MESSENIO

Oboluit marsuppium
Huic istuc quod habes.

MENAECHMUS

Atque edepol tu me monuisti probe.
380 Accipe dum hoc: iam scibo, utrum haec me mage amet an
marsuppium.

EROTIUM

Eamus intro, ut prandeamus.

MENAECHMUS

Bene vocas: tam gratiast.

EROTIUM

Cur igitur me tibi iussisti coquere dudum prandium?

MENAECHMUS

383 Egon te iussi coquere?

EROTIUM

Certo, tibi et parasito tuo.

MENAECHMUS

Cui, malum, parasito? certo haec mulier non sanast satis.

EROTIUM

385 Peniculo.

MENAECHMUS

Quis iste est Peniculus? qui extergentur baxeae?

EROTIUM

Scilicet qui dudum tecum venit, cum pallam mihi
Detulisti, quam ab uxore tua surrupuisti.

MENAECHMUS

Quid est?
388 Tibi pallam dedi, quam uxori meae surrupui? sanan es?
Certe haec mulier canterino ritu astans somniat.

---

378 negotii *BC* 383 Egon *Bothius*: Egone 384 Cui malo *Bpr*, *C* Cui malum *B corr* 385 baxeae *Scutarius*: bexeae 386 qum *C* 389 Certo *cod. Lipsiensis* ritud *Ritschelius* *Festus*

EROTIUM

390 Qui lubet ludibrio habere me atque ire infitias mihi
Facta quae sunt?

MENAECHMUS

Dic quid est id quod negem quod fecerim.

EROTIUM

392 Pallam te hodie mihi dedisse uxoris.

MENAECHMUS

Etiam nunc nego.
Ego quidem neque umquam uxorem habui neque habeo: neque huc
Umquam postquam natus sum intra portam penetravi pedem.
395 Prandi in navi, inde huc egressus sum: te conveni.

EROTIUM

Eccere,
Perii misera: quam tu mihi nunc navem narras?

MENAECHMUS

Ligneam,
397 Saepe tritam, saepe fixam, saepe excussam malleo.
Quasi supellex pellionis, palus palo proxumust.

EROTIUM

Iam amabo desine ludos facere atque i hac mecum semul.

MENAECHMUS

400 Nescio quem, mulier, alium hominem, non me quaeritas.

EROTIUM

Non ego te novi, Menaechmum, Moscho prognatum patre,
Qui Syracusis perhibere natus esse in Sicilia,
Ubi rex Agathocles regnator fuit, et iterum Pinthia,

---

p. 273, 6 *M.* 'Rit[us mos vel consuetudo .... Plautus in Menaechmis "certe haec mulier can]terin[o ritu astans somniat . .]

392 uxoriſ ſed ıam *B* uxoriſ etıa *C* 395 [et] te *Ritschelius* conueni eccerē || Ero. Perıı *B* conueni eccere || Perıı *C*, *correxit Taubmannus* 398 Quam ſı *BC* 399 Iam [me] *Gruterus* Iam amabo desiste *Fleckeisenus* ſemul *B corr*, *C* ſemel *B pr* 400 Neſcıo quem *B* Nam quem *reliqui*, *quo uti non de-*

Tertium Liparo, qui in morte regnum Hieroni tradidit,
405 Nunc Hiero est?

MENAECHMUS

Haud falsa, mulier, praedicas.

MESSENIO

Pro Iuppiter,
406 Num istaec mulier illinc venit, quae te novit tam cate?

MENAECHMUS

Hercle opinor pernegari non potest.

MESSENIO

Ne feceris.
408 Periisti, si intrassis intra limen.

MENAECHMUS

Quin tu tace modo:
Bene res geritur: adsentabor, quicquid dicet, mulieri,
410 Si possum hospitium nancisci. — Iam dudum, mulier, tibi
Non inprudens advorsabar: hunc metuebam ne meae
Uxori renuntiaret de palla et de prandio.
Nunc quando vis, eamus intro.

EROTIUM

Etiam parasitum manes?

MENAECHMUS

Neque ego illum maneo neque flocci facio, neque si venerit,
415 Eum volo intromitti.

EROTIUM

Ecastor haud invita fecero.
Sed scin quid te amabo ut facias?

MENAECHMUS

Impera quidvis modo.

EROTIUM

417 Pallam illam quam dudum dederas, ad phrygionem ut deferas,
Ut reconcinnetur atque ut opera addantur quae volo.

---

bebant. Cf. 518 414 nimeae *B pr, C Conf. v.* 869 416 fatiaſ impera (*corr* impero) ME. quid uiſ *B* faciaſ impero? quiduiſ *C, cor-*

MENAECHMUS

Hercle quin tu recte dicis: eadem ignorabitur,
420 Ne uxor cognoscat te habere, si in via conspexerit.

EROTIUM

Ergo mox auferto tecum quando abibis.

MENAECHMUS

Maxime.

EROTIUM

Eamus intro.

MENAECHMUS

Iam sequar te: hunc volo etiam conloqui. —
423 Eho, Messenio, accede huc.

MESSENIO

Quid negoti est?

MENAECHMUS

Sussciri.

MESSENIO

424 Quid eo opust?

MENAECHMUS

Opus est. Scio ut me dices.

MESSENIO

Tanto nequior.

MENAECHMUS

425 Habeo praedam: tantum incepi operis. ei quantum potes,
Abduc istos in tabernam actutum devorsoriam:
Tu facito ante solem occasum ut venias advorsum mihi.

---

rexit Dousa 419 Hercle qui *Fleckeisenus Misc. crit. p.* 29. *Cf.* 1074 eadem [opera] *Fleckeisenus*, *possis* eadem [enim]; *sed Brixii exempla* [et] eadem *scribentis aliena sunt* 423 negotii eſt ſuſſciri *BC* ME. Sussili *Bothius, perapte, modo ea vi vocem accipias qua* strenue sussilimus *Varro scripsit in fragmento ad v.* 362 *adscripto* 424 eo *Pylades*: ego opust? MEN. opus est *Camerarius*: opu ſi opuſ eſt dices *Acidalius*: dicaſ nequior *Acidalius*: nequiore[8] *B* nec quiore *C* 425 i (*sive* ei) *Gruterus*: et potest *Dousa Cf.* 536 426 diuorſoriam *B* 427 Tum *cum Lambino Ritschelius, sed vide mus. Rhen.* 1872 *p.* 176 solem

MESSENIO

Non tu istas meretrices novisti, ere?

MENAECHMUS

Tace, inquam..

Mihi dolebit, non tibi, si quid ego stulte fecero.

430 Mulier haec stulta atque inscita est: quantum perspexi modo,

Est hic praeda nobis.

MESSENIO

Perii, iamne abis? Periit probe:

Ducit lembum dierectum navis praedatoria.

Sed ego inscitus qui domino me postulem moderarier:

Dicto me emit audientem, haud imperatorem sibi.

435 Sequimini, ut quod imperatum est veniam advorsum temperi.

Lambinus: ſolıſ 428 *Versus in fine mutilus; fortasse* Tace, inquam [et fac tuum] 430 ınſıta *BC* 431 perii *Bothius*: perı 432 lımbum *BC* 433 ınſıtuſ *BC* qui domino me *Bothius*: quıd rome *C* quod romę *B Cf. Amph.* 580 Qui quoniam erus quod imperavit neglexisti persequi, Nunc venis etiam ultro inrisum dominum. *Cf. ibid.* 850. *Asin.* 653. *Capt.* 361 *sq.*

PENICULUS PARASITUS

436 Plus triginta annis natus sum, quom interea loci
Numquam quicquam facinus feci peius neque scelestius,
Quam hodie, cum in contionem mediam me inmersi miser.
Ubi ego dum hieto, Menaechmus se subterduxit mihi,
440 Atque abiit ad amicam, credo, neque me voluit ducere.
Qui illum di omnes perduint, quei primus commentus est
Contionem habere, quae homines occupatos occupat.
Non ad eam rem otiosos homines decuit deligi,
Qui nisi adsint quom citentur, census capiant ilico?
445 Qu qua senatus o one
. . . q m l
Adfatim est hominum, in dies qui singulas escas edint,
Quibus negoti nihil est, qui essum neque vocantur neque vocant:
Eos oportet contioni dare operam atque comitiis.

---

436 triginta annis] *Conf. Buechelerum de decl. lat. p.* 48 qum *BC* 437 neque] atque *B* 440 abıt *B* abıṭ *C* 441 Qui *Camerarius*: Quo *B* Que *C* queı *C* quę çı *B* commentueſt *BC* *fortasse* [hoc] commentus est *Cf. ind. lect. aest.* 1880 *p.* 11

442 habere quae *Pylades*: hac requı *B* hare quı *C* 443 *fortasse* Non [saltem] ad eam rem; *quod orationis tenore exposci videtur* (*cf. Merc.* 636 *sq.*), *interrogatione autem illa nihil aptius*

444 ADSINTQUOMCITENTUR *A* qum *C* cum *B* cıtenetur *C* cınętetur *B* 445 *sq. Reliqui lacinias quas ex A expiscatus est Ritschelius* 447 EDINT *A*, *BC* 448 NEGOTI *A* negotıı *BC* quı eſſum *BC* QUB'NUNT *A* uocauıt *B pr*, *C*, uocant *corr B*

450 Si id ita esset, non ego hodie perdidissem prandium,
Quoi tam credo datum voluisse, quam me video vivere.
Ibo, etiamnum reliquiarum spes animum oblectat meum.
Sed quid ego video? Menaechmus cum corona exit foras.
Sublatum est convivium: edepol venio adversum temperi.
455 Observabo, quid agat, hominem: post adibo atque adloquar.

MENAECHMUS ADULESCENS. PENICULUS PARASITUS

MENAECHMUS

456 Potine ut quiescas, si ego tibi hanc hodie probe
Lepideque concinnatam referam temperi?
Non faxo eam esse dices: ita ignorabitur.

PENICULUS

Pallam ad phrygionem fert confecto prandio
460 Vinoque expoto, parasito excluso foras.
Non hercle is sum qui sum, ni hanc iniuriam
Meque ultus pulchre fuero: observa quid dabo.

MENAECHMUS

Pro di immortales, quoi homini umquam uno die

---

450 ..... ITAESSENON *A* 451 QUOI *A* CUI *BC* *Sententia et oratio proba nec obstat v.* 440; *immo certus est parasitus sibi nisi afuisset sua culpa datum voluisse Menaechmum prandium promissum* quamne *BC* 452 OBLECTATMEUM *A* obiectat me *B pr, C* oblectat me *B corr* 453 video? Menaechmus cum *Brixius*: uideo menechmum 455 *huc revocavit duce A Ritschelius, qui in ceteris legitur post* 463 456 ſi ego *Lipsiensis*: ſedco *C* ſed dico *B* 459 *Nonius p.* 3, 22 '[frygiones] ... Pl. Men. "pallam ad *frygionem* ... prandio".' *Idem p.* 537, 33 'palla .. Pl. in Men. "pallam ad frigionem ... prandio".' phrygionem *Plauti libri* 461 nisi *Camerarius* 463 DI *et* QUOI *A, reliqui* DII *et* CUI *De versu qui sequitur in BC vide ad* 455

Boni dedistis plus, qui minus speraverit?
465 Prandi, potavi, scortum accubui, abstuli
Hanc, quoius heres numquam erit post hunc diem.

PENICULUS

Nequeo quae loquitur exaudire clanculum.
Satur nunc loquitur de me et de parti mea.

MENAECHMUS

Ait hanc dedisse me sibi atque eam meae
470 Uxori surrupuisse; quoniam sentio
Errare, extemplo, quasi res cum ea esset mihi,
Coepi adsentari: mulier quicquid dixerat,
Idem ego dicebam: quid multis verbis *opust?*
Minore nusquam bene fui dispendio.

PENICULUS

475 Adibo ad hominem: nam turbare gestio.

MENAECHMUS

Quis hic est, qui adversus it mihi?

PENICULUS

Quid ais, homo
Levior quam pluma, pessime et nequissime,
Flagitium hominis, subdole ac minimi preti?
Quid de te merui, qua me causa perderes?
480 Ut surrupuisti te mihi dudum de foro,
Fecisti funus med absente prandio,
Cur ausus facere, quoi ego aeque heres eram?

---

464 *et* 465 *inverso ordine BC, recte ordinati in cod. Lipsiensi*

465 *Priscianus* 9, *p.* 483, 20 *H.* 'prandeo prandi. Pl. in Men. "prandi *et* potavi, scortum accubui".' apſtulı *C* 466 cuıuſ *BC* QUOIUSHAERES *et* HANC *A solus* 468 *deest in A; nec tamen recte in suspicionem vocatur, neque alio ullo loco aptius haberi potuit* partı *C* parte *B* 473 opust *addidit Pylades* 474 *Donatus in Eunuch.* 3, 4, 2 'ut de symbolis essemus: Pl. in Men. "minore nusquam fui dispendio". sed melius essemus producta e littera.'

476 aduorsus it *Bothius*: aduerſum ſit *BC* *Diomedes* 1, *p.* 325, 23 *K.* 'interdum conparativus nominativo iungitur, ut doctior hic quam ille, ut Pl. in Men. "quid ais . . . pluma".'

481 med absente *post Salmasium Bothius*: meo abſentı 482 ea

MENAECHMUS

Adulescens, quaeso, quid tibi mecum est rei,
Qui mihi male dicas homini ignoto insciens?
485 An tibi malam rem vis pro male dictis dari?

PENICULUS

Post eam quidem edepol te dedisse intellego.

MENAECHMUS

Responde, adulescens, quaeso, quid tibi nomen est?

PENICULUS

Etiam derides, quasi nomen non noveris?

MENAECHMUS

Non edepol ego te, quod sciam, umquam ante hunc diem
490 Vidi neque novi: verum certo, quisquis es,
Si aequom facias, mihi odiosus ne sies.

PENICULUS

Non me novisti?

MENAECHMUS

Non negem, si noverim.

PENICULUS

493 Menaechme, vigila.

MENAECHMUS

Vigilo hercle equidem, quod sciam.

PENICULUS

Tuum parasitum non novisti?

---

quae herſ heram *BC*, *hoc est* aeque heres eram; *Ritschelius* adaeque heres eram 484 homini ignoto insciens *Gruterus*: homini hic noto inſienſ *B pr*, homini hic ig noto inſienſ *B corr*, hic noto inſcienſ (*omisso* homini) *C* *Nec* hic ignoto *recte dicitur* (*cf.* 291. 368) *nec* sciens *non obest sententiae; redit enim oratio quamvis variata* (*nam voluit* ignoto ignotus maledicis) *ad illud genus* solus solum obsecravit; flens flentem obtestatur; absens absentem audit 486 *Conieci olim* Istam quidem, *sed malim* Post eam · · te [ante] dédisse intellego 487 qui *B* qui d *C* nomen est *Camerarius*: nomen ſt *vel* ſit 491 Si [te] aequom *Muellerus Prosod. p.* 759. *Cf. Bacch.* 488 *R.* Plus vidissem quam deceret quam

MENAECHMUS

Non tibi

495 Sanum est, adulescens, sinciput, intellego.

PENICULUS

Responde: surrupuistin uxori tuae
Pallam istanc hodie atque dedisti Erotio?

MENAECHMUS

Neque hercle ego uxorem habeo neque ego Erotio
Dedi nec pallam surrupui.

PENICULUS

Satin sanus es? —

500 Occisast haec res. — Non ego te indutum foras
Exire vidi pallam?

MENAECHMUS

Vae capiti tuo.
Omnis cinaedos esse censes, quia tu es?
Tun me indutum fuisse pallam praedicas?

PENICULUS

Ego hercle vero.

MENAECHMUS

Non tu abis, quo dignus es?

505 Aut te piari iube, homo insanissime.

PENICULUS

Numquam edepol quisquam me exorabit, quin tuae
Uxori rem omnem iam ut sit gesta eloquar.
Omnes in te istaec recident contumeliae.
Faxo haud inultus prandium comedereis.

---

me atque illo aecum foret 497 atque [eam] *Ritschelius, quod oratione commendatur, cf.* 469 500 occiſa ſi *C* occiſa ſi^{t} *B* *Nonius p.* 449, 24 'interfici et occidi et inanimalia posse . . Pl. in Men. "occisa *est* haec res".' 501 pallam *Lambinus*: palã *B* palla *reliqui* 502 tu quia es *Camerarius* 503 med *Bothius* 505 iubes piari *Guyetus* 507 uti *Camerarius*, siet *Brixius coll. Stich.* 202 509 aut^{h} *C* INULTUS *A* inultum *B* multum *C*

MENAECHMUS

510 Quid hoc est negoti? satin, ut quemquem conspicor,
Ita me ludificant? Sed concrepuit ostium.

ANCILLA. MENAECHMUS ADULESCENS

ANCILLA

Menaechme, amare ait te multum Erotium,
Ut hoc una opera ad aurificem deferas,
Atque huc ut addas auri pondo unciam
515 Iubeasque spinter novom reconcinnarier.

MENAECHMUS

Et istuc et aliud si quid curari volet,
Me curaturum dicito, quicquid volet.

ANCILLA

Scin, quod hoc sit spinter?

MENAECHMUS

Nescio, nisi aureum.

ANCILLA

Hoc est, quod olim clanculum ex armario
520 Te surrupuisse aiebas uxori tuae.

MENAECHMUS

Numquam hercle factum est.

ANCILLA

Non meministi, obsecro?
Redde igitur spinter, si non meministi.

COMEDEREIS *A* comederiſ *reliqui* 510 negotii *B* quemquem *B* quemque *reliqui* 512 te ait *Bothius* 513 [iam] ad *Ritschelius*, [sibi] ad *Ussingius* 514 huc *Ritschelius*: hunc *vel* nunc pondod *Ritschelius* 515 *Priscianus* 5, *p.* 151, 8 *H.* 'neutri generis et spinter quod *ἀκροχέριον* aut fibulam in humeris aut armillam significat. Pl. in Men. "*iubeas* spinter novum reconcinnarier." idem in eadem (674).' *Festus p.* 333, 6 *M.* '*spinther* (spinter *Paulus*) vocabatur [armillae genus quod mulie]res antiquae gere[re solebant brachio summo] sinistro. Plautus "iu[beasque spinther novum] reconcinnarier".' 516 ISTUC *A* iſtud *BC* 520 aie-

MENAECHMUS

Mane.

Immo equidem memini: nempe hoc est quod illi dedi.
Istuc: ubi illae armillae sunt quas una dedi?

ANCILLA

525 Numquam dedisti.

MENAECHMUS

Nam pol hoc una dedi.

ANCILLA

Dicam curare?

MENAECHMUS

Dicito: curabitur.

527 Et palla et spinter faxo referantur simul.

ANCILLA

Amabo, mi Menaechme, inauris da mihi
Faciendas pondo duum nummum, stalagmia,
530 Ut te libenter videam, quom ad nos veneris.

MENAECHMUS

Fiat. cedo aurum: ego manupretium dabo.

ANCILLA

Da sodes abs te: *ego* post reddidero tibi.

MENAECHMUS

Immo cedo abs te: ego post tibi reddam duplex.

ANCILLA

Non habeo.

MENAECHMUS

At tu, quando habebis, tum dato.

---

bas *Aldina*: mebaſ 524 ıclae *B pr*, *C* ıllae *B corr* Istuc *h. e. τὸ δεῖνα, quo utuntur quibus subito quid in mentem venit quod rogent* (*Arist. Av.* 648) dedıt *BC* 525 [cum] hoc *Ritschelius* 526 dıcıt occurabıtur *BC*, *corr B* 527 REFERATUR *A* 529 ſtatagmıa *BC Cf. Festus p.* 317, 8 *M.* 'stalagmium genus inaurium videtur significare Caecilius in Carine cum ait "tum ex aure eius stalagmium domi habeo".' 530 quā *BC*, quŏ *corr B* 532 post [ego] *Pylades*, [ego] post *rectius Spengelius Plaut. p.* 10 534 *Charisius* 1, *p.* 111, 25 *K.* 'quando particulam pro cum

ANCILLA

535 Numquid me vis?

MENAECHMUS

Haec me curaturum dicito —
Ut quantum possint quique liceant veneant.
Iamne abiit intro? abiit, operuit fores.
Di me quidem omnes adiuvant augent amant.
Sed quid ego cesso, dum datur mi occasio
540 Tempusque, abire ab his locis lenoniis?
Propera, Menaechme, fer pedem, profer gradum.
Demam coronam atque abiciam ad laevam manum,
Ut si quis sequatur hac me abiisse censeant.
Ibo et conveniam servom, si potero, meum,
545 Ut haec quae bona dant di mihi, ex me sciat.

---

ponere Formianos et Fundanos ait Varro [sed et alii] faciunt nec sine exemplo: nam Pl. in Men. ita ait "non habeo . . . dato (dabis to *Neapolitanus*)"; vitium tamen esse non dubium est.'
535 *alterum utrum* me *delendum* (*prius induxit Acidalius*), *nisi forte* Me haec *transponendum* 536 possit *Scioppius* *Cf.* 425
538 me quidem *Bothius*: me equidem 540 lenonıſ *BC* lenonıſ *B corr* 541 profer *Langenius*: confer 542 *Nonius p.* 519, 25 'censere et arbitrari cognatione quadam socia .. Plautus ... idem in Men. "demam *hanc* coronam . . . *levam* manum ut *si* (si *om Bamb.*) *sequentur me hac abisse* censeant".' hanc *om Plauti libri* leuam *libri cum Nonio* 543 ſi qui (quiſ *C pr*) ſequatur *BC* hęc me *B* haec me *C* abiiſſe *vel* habiiſſe *BC* *Cf.* 510 *sq.*

BIBLIOTHECA BODLEIANA

MULIER. PENICULUS

MULIER

546 Egone hic me patiar *esse* in matrimonio,
Ubi vir compilet clanculum quicquid domist
Atque ad amicam deferat?

PENICULUS

Quin tu taces.
Manifesto faxo iam opprimes: sequere hac modo.
550 Pallam ad phrygionem cum corona ebrius
Ferebat, hodie tibi quam surrupuit domo.
Sed eccam coronam, quam habuit: num mentior?
Em hac abiit, si vis persequi vestigiis.
Atque edepol eccum, optime revortitur,
555 Sed pallam non fert.

MULIER

Quid ego nunc cum illoc agam?

PENICULUS

Idem quod semper: male habeas.

MULIER

Sic censeo.

PENICULUS

Huc concedamus: ex insidiis aucupa.

---

546 medaciar *vel* medatiar *BC* me patiar *corr B* esse *add Camerarius* 547 DOMIST *A* domi eſt *reliqui* 548 [id] ad *Camerarius*, Atque [omne] *Muellerus Prosod.* 2 *p.* 128 550 phydrionem *vel* fridionem *BC* coronad *Ritschelius cum Buechelero* 557 *Nonius p.* 467, 12 'aucupavi, activum positum pro passivo .. Plautus .. Idem Men. "*ut* concedamus ... aucupa".'

MENAECHMUS. MULIER. PARASITUS

MENAECHMUS

Ut hoc utimur maxime more moro
Molestoque multum atque uti quique sunt
560 Optumi maxume morem habent hunc:
Clientis sibi omnes volunt esse multos:
Bonine an mali sint, id haud quaeritant.
Res magis quaeritur quam clientum fides cuiusmodi clueat.
Si est pauper atque haud malus, nequam habetur:
565 Sin dives malus est, is cliens frugi habetur.
Qui neque leges neque aequum bonum usquam colunt,
Sollicitos patronos habent.
Datum denegant quod datumst, litium pleni, rapaces, viri fraudulenti,
Qui aut faenore aut periuriis habent rem paratam: mens est in querellis.
570 Iuris ubi dicitur dies, simul patronis dicitur,
Quippe qui pro illis loquantur, quae male fecerint.
Aut ad populum aut in iure aut apud aedilem res est.

---

558 *sqq. Retinui descriptionem versuum quae est in B, quamquam apertum est, quod Brixius perspexit,* 558—565 *continuos esse baccheos* 558 moro *Lipsius*: morum 560 maxume *Lomanus*: maxumi 563 clientum *C* clientium *B* clueat *C* dueat *B* *Ne quis in collocatione haereat, dicit* clientum rem magis quam fidem quaeri qualis sit. *Cf. ad* 1073 564 SIE · PAUPER *A* 566 *et* 567 *in unum versum quamquam bipertitum coniungit A, qui universe eandem cum B descriptionem tenet* 568 *idem A terminat post* rapaces 569 Quia ut fenorea *B* Qui aut foenore aut *C* mens est in querelis *olim correctum*: menſe̅ inquo re || Liſ *B pr*, menſe̅ inquoi re̅ || Liſ *B corr*, menſae inquo ire liſ *C* NQUOL *apparuit in A, qui v.* 570 *ab* Iuris *orditur* 570 iuriſ *Vaticanus*: uiriſ *BC* 571 *fortasse* quae [mali] male. *Cf.* 593 572 AUT · · · · AEDILEM *A* aut ad iudicem *BC*

Sicut me hodie nimis sollicitum cliens quidam habuit, neque quod volui
Agere aut quicum licitum est: ita me attinuit, ita me detinuit.
575 Aput aediles pro eius factis plurumisque pessumisque
Deixei causam: condiciones tetuli tortas confragosas.
Aut plus aut minus quam opus fuerat dicto dixeram controversiam ut
Sponsio fieret quid ille qui praedem dedit.
Nec magis manufestum ego hominem umquam ullum teneri vidi:
580 Omnibus male factis testes tres aderant acerrumi.
Di illum omnes perdant: ita mihi
Hunc hodie corrupit diem:
Meque adeo, qui hodie forum
Umquam oculis inspexi meis.
585 Diem corrupi optimum:
Iussi adparari prandium:
Amica exspectat me, scio:
Ubi primum est licitum, ilico

---

574 Ágere aut quicum *Ritschelius*: AGEREAUQUI · · · M *A* Agere quicum *BC* me *alterum omisit B solus; quo pronomine recepto integer exit octonarius variato vocabulorum accentu commendatus*, ágere aut quicum lícitum est: ita me (*sive* med) áttinuit ita mé detinuit 575 APUT *A* apud *reliqui* aedilem *Ritschelius* pro eiuſ *B corr*: proeliiſ *reliqui cum A* proelis *Lachmannus in Lucr.* 5, 85 PLURUMISQUEPESSUMISQUE *A* plurimiſque peſſimiſque *B* 576 DEIXEI *A* dixi *reliqui* DETULI *A* 575. 576 *in unum coniunxit B, in duos dispescuit post* pessumisque *A* 577 QUAOPUS *A* fuerat dicto *Ritschelius*: FUER · · DIS · O *A* erat multo *BC* CONTROVERSIAMUT *A* controverſiam || Ut *BC* 578 fieret · PE · quid *B* PRAEDEM *A* praedã *BC* quid ille? quid? praedem dedit *Camerarius Cf. Ter. Andr.* 1, 1, 61 Quid Pamphilus? quid? symbolam dedit 581—591 *Dimetros descripsi quibus* 592 *trimeter adhaeret: quinque octonarios* 581—590 nunc mihi *habet B, quos excipit* Placabit · · · erotio 582 corrumpit *B* corrumpit *C* 584 inspexim *Ritschelius* 585 *fortasse* corrupi [ita] 588 licitum est *Guyetus*

Properavi abire de foro.
590 Iratast credo nunc mihi:
Placabit palla quam dedi,
Quam hodie uxori abstuli atque huic detuli Erotio.

PENICULUS

593 Quid ais?

MULIER

Viro me malo male nuptam.

PENICULUS

Satin audis quae illic loquitur?

MULIER

Satis.

MENAECHMUS

Si sapiam, hinc intro abeam, ubi mihi bene sit.

PENICULUS

Mane: male erit potius.

MULIER

595 ‖ Ne illam ecastor faenerato abstulisti. sic datur. ‖
‖ Clanculum te istaec flagitia facere censebas pote? ‖

* * *

MENAECHMUS

Quid illuc est, uxor, negoti?

MULIER

Men rogas?

MENAECHMUS

Vin hunc rogem?

---

592 hodie *om B* *Versus iniuria damnatus* 593 ſtatin *B pr* 594 habeam *B pr* 595—618 *Retinui traditum versuum ordinem quantumvis perturbatum, ibi ubi sermonis iter manifesto interrumpitur duabus lineis* ‖ *adhibitis: sunt praeterea duae partes maiores, quarum quae nunc posterior est (inde a v.* 611) *prior esse debuit: quae vestigia qui persequetur ad eam seriem perveniet quam ingeniose Ritschelius restituit* 595 ecaſtor *Lipsiensis*: mecaſtor 596 flagitia *om B* pote *Lindemannus*: poteſſe 597 negotii *BC*

PENICULUS

598 ‖ Aufer hinc palpationes. Perge tu.

MENAECHMUS

Quid tu mihi

Tristis es?

MULIER

Te scire oportet.

PENICULUS

Scit, sed dissimulat malus. ‖

MENAECHMUS

600 Quid negoti est?

MULIER

Pallam

MENAECHMUS

Pallam?

MULIER

Quidam pallam

PENICULUS

Quid paves?

MENAECHMUS

601 Nil equidem paveo — nisi unum, palla pallorem incutit.

PENICULUS

At tu ne clam me comesses prandium. Perge in virum.

MENAECHMUS

Non taces?

PENICULUS

Non hercle vero taceo. Nutat ne loquar.

MENAECHMUS

604 Non hercle ego quidem usquam quicquam nuto neque nicto tibi.

---

599 Triſ eſ *C* Triſtiſ eſ *man rec add B* ſit ſediſſimulat *B* ſit ſediſ ſimula *C* 600 negotii eſt *B* negotiiſt *C* 601 paueo *B corr* paulo *B pr, C* 602 tu nec iam *B pr, C* At ego tu ne clam comessis *Ritschelius, quorum* ego *plane necessarium videtur et eodem errore mutatum quo* 636 tibi *in libris positum pro* mihi comessis *Bothius*

MULIER

605 || Ne ego ecastor mulier misera.

MENAECHMUS

Qui tu misera es, mi expedi. ||

PENICULUS

Nihil hoc confidentius, qui quae vides ea pernegat.

MENAECHMUS

Per Iovem deosque omnis adiuro, uxor, satin hoc est tibi,
608 Me isti non nutasse.

PENICULUS

Credit iam tibi de istis: illuc redi.

MENAECHMUS

Quo ego redeam?

PENICULUS

Equidem ad phrygionem censeo. ei, pallam refer.

MENAECHMUS

610 Quae istaec palla est?

PENICULUS

Taceo iam quando hic rem non meminit suam.

* * *

MENAECHMUS

Num quis servorum deliquit? num ancillae aut servei tibi
Responsant? eloquere: inpune non erit.

MULIER

Nugas agis.

MENAECHMUS

613 || Tristis admodum est: non mihi istuc satis placet [Nugas agis].||

---

605 misera es] mıſer·eſ *B corr*, mıſereſ *B pr*, *C* Quid tu *Brixius* 606 quı quę *B corr*, quınque *B pr*, *C* 608 Me isti non *Pylades*: Meı ſi non *B* Meı ſunon *C* de isto *Bothius* *fortasse* de istis tibi 609 ego redeam *B corr*, egredeam *B pr*, *C* ei] i *Gruterus*: et 610 hic *Camerarius*: hec *BC* memınıt *B corr*, memını *B pr*, *C* 611 ſervet *C* ſervęt *B* servi *Gruterus* 612 Responsant? eloquere *Camerarius*: Reſponſ ante loquere *C* Responde ante loquere *B* 613 Nugas agis *induxit Ritschelius*, *ex proximis cum hoc versu con-*

MENAECHMUS

Certe familiarium aliquoi irata es.

MULIER

Nugas agis.

MENAECHMUS

615 Num mihi es irata saltem?

MULIER

Nunc tu non nugas agis.

MENAECHMUS

Non edepol deliqui quicquam.

MULIER

Em rursum nunc nugas agis.

MENAECHMUS

617 || Dic, mea uxor, quid tibi aegre est.

PENICULUS

Bellus blanditur tibi.

MENAECHMUS

Potine ut mihi molestus ne sis? num te adpello?

MULIER

Aufer manum. ||

* * *

PENICULUS

Sic datur: properato absente me comesse prandium:

620 Post ante aedis cum corona me derideto ebrius.

MENAECHMUS

Neque edepol ego prandi neque hodie huc intro tetuli pedem.

PENICULUS

Tun negas?

MENAECHMUS

Nego hercle vero.

---

flatum postquam is hunc quem minime debuit locum occupavit

614 aliquoi *C* aliquo *B* 616 rurſum *B corr*, rurum *B pr*, *C* 619 apſente *C* 620 corona me derideto *Camerarius*: coronã ederi deto *C* coronam deri deto *B pr* corona^{me}· deri deto *B corr* 622 Tu negas *Brixius, ut* 811 Tu negas *est in libris, sed ibi aptius* Tun ais — Tun negas *inter se respondere videantur*

PENICULUS

Nihil hoc homine audacius.
Non ego te modo hic ante aedis cum corona florea
Vidi astare, quom negabas mihi esse sanum sinciput,
625 Et negabas me novisse, peregrinum aibas esse te?

MENAECHMUS

Quin ut dudum devorti abs te, redeo nunc demum domum.

PENICULUS

Novi ego te: non mihi censebas esse qui te ulciscerer:
628 Omnia hercle uxori dixi.

MENAECHMUS

Quid dixisti?

PENICULUS

Nescio.
Eam ipsus roga.

MENAECHMUS

Quid hoc est, uxor? quidnam hic narravit tibi?
630 Quid id est? quid taces? quin dicis quid sit.

MULIER

Quasi tu nescias.

* * *

[Palla mihi est domo surrepta. Palla surrepta est tibi?]

MULIER.

631 Me rogas?

MENAECHMUS

Pol haud rogem te, si sciam.

PENICULUS

O hominem malum:
Ut dissimulat. Non potes celare: rem novit probe:
633 Omnia hercle ego edictavi.

---

623 flora *BC, corr B* 624 qum *BC* 625 aibas *Bothius*: alebaſ *B pr, C,* aiebaſ *B corr* 627 uolciſcerer *BC* uolciſcerer *B corr* 629 Eam pſuſ *B corr*, Eam pluſ *B pr*, Eam pſuſei *C* *Qui versum* 630 *excipit in libris* Palla . . tibi, *ab Acidalio deletus, redit v.* 636 631 O hominem . . probe *Mulieri*, 633 Omnia . . edictavi *Peniculo tribuit B* 632 novit *Acidalius*: noui

MENAECHMUS

Quid id est?

MULIER

Quando nil pudet

Neque vis tua voluntate ipse profiteri, audi atque ades.

635 Et quid tristis et quid hic mihi dixerit, faxo scias.

Palla mihi est domo surrupta.

MENAECHMUS

Palla surrupta est tibi?

PENICULUS

Viden te uti scelestus captat? Huic surruptast, non tibi:

638 Nam profecto tibi surrupta si esset, salva non foret.

MENAECHMUS

Nil mihi tecum est. Sed tu quid ais?

MULIER

Palla, inquam, periit domo

MENAECHMUS

640 Quis eam surrupuit?

MULIER

Pol istuc ille scit qui illam abstulit.

MENAECHMUS

641 Quis hic homo est?

MULIER

Menaechmus quidam.

MENAECHMUS

Edepol factum nequiter.

642 Quis is Menaechmus est?

MULIER

Tu istic, inquam.

---

634 prófiteri] *Cf. mus. Rhen.* 1861 *p.* 582 audi atque *olim correctum*: audıat quı *B pr*, audeat quı *C* audıat q· *B corr* 635 tristis [sim] *Lambinus* 636 tibi] mihi *Lambinus* 637 Viden te uti *Ritschelius*: Vident ut *B pr*, *C* Viden ut *B corr*, Viden uti *Camerarius* captat *Camerarius*: capıat 638 nunc *Camerarius* 640 apſtulıt *C* 641 Quis is *Brixius*, *ut* 642

MENAECHMUS

Egone?

MULIER

Tu.

MENAECHMUS

Quis arguit?

MULIER

643 Egomet.

PENICULUS

Et ego: atque huic amicae detulisti Erotio.

MENAECHMUS

644 Egon dedi?

MULIER

Tu tu istic, inquam. Vin adferri noctuam,
Quae tutu usque dicat tibi? nam nos iam [nos] defessi sumus.

MENAECHMUS

646 Per Iovem deosque omnis adiuro, uxor, satin hoc est tibi,
Non dedisse

PENICULUS

Immo hercle vero nos non falsum dicere.

MENAECHMUS

Sed ego illam non condonavi sed sic utendam dedi.

MULIER

Equidem ecastor tuam nec chlamydem do foras nec pallium
650 Cuiquam utendum: mulierem aequom est vestimentum muliebre
Dare foras, virum virile. Quin refers pallam domum.

MENAECHMUS

Ego faxo referetur.

MULIER

Ex re tua ut opinor feceris:

---

643 edetulıſtı *B pr* 644 dedı . MU. tu tu ıſtıc (tu tu ı *e corr*) *B* dedıt ut ıſtıc *C* *Vulgo haec Peniculo adscribuntur* 645 Que tututuſque *C* Que tutu uſque (*sed* u u *e corr*) *B* *alterum* nos *induxit Lipsius* 647 MU. Immo *B*

653 Nam domum numquam introibis, nisi feres pallam simul.
Eo domum.

PENICULUS

Quid mihi futurum est, qui tibi hanc operam dedi?

MULIER

655 Opera reddetur, quando quid tibi erit surruptum domo.

PENICULUS

Id quidem edepol numquam erit: nam nihil est, quod perdam, domi.
Cum viro cum uxore di vos perdant. Properabo ad forum.
Nam ex hac familia me plane excidisse intellego.

MENAECHMUS

Male mihi uxor sese fecisse censet, cum exclusit foras:
660 Quasi non habeam, quo intromittar, alium meliorem locum.
Si tibi displiceo, patiundum, at placuero huic Erotio,
Quae me non excludet ab se, sed apud se occludet domi.
Nunc ibo, orabo ut mihi pallam reddat, quam dudum dedi;
Aliam illi redimam meliorem. — Heus, ecquis hic est ianitor?
665 Aperite atque Erotium aliquis evocate ante ostium.

EROTIUM MERETRIX. MENAECHMUS ADULESCENS

EROTIUM

666 Quis hic me quaerit?

MENAECHMUS

Sibi inimicus magis quam aetati tuae.

EROTIUM

Mi Menaechme, cur ante aedis astas? sequere intro.

---

654 ME. Ego domum? PE. quid *B*, *correxit Bothius* 657 Qua virum qua uxorem *Fleckeisenus* 661 *De oratione cf.* 737, *quo minus* at *deleri debebat* 662 occludit *BC*, *corr C* 663 reddo adquam *B* (at) 664 Heus *Camerarius*: eiuſ *C*, *om B* hec quiſ *B* etquiſ *C* 665 aliqui *B* 667 Mei *B cf.* 182. 357

MENAECHMUS

Mane.

668 Scin quid est quod ego ad te venio?

EROTIUM

Scio, ut tibi ex me sit volup.

MENAECHMUS

Immo edepol pallam illam, amabo te, quam tibi dudum dedi,
670 Mihi eam redde: uxor rescivit rem omnem, ut factum est, ordine.
Ego tibi redimam bis tanto pluris pallam, quam voles.

EROTIUM

Tibi dedi equidem illam ad phrygionem ut ferres paulo prius,
Et illud spinter, ut ad aurificem ferres, ut fieret novom.

MENAECHMUS

Mihi tu ut dederis pallam et spinter? numquam factum reperies.
675 Nam ego quidem postquam illam dudum tibi dedi atque abii ad forum,
Nunc redeo, nunc te postillac video.

EROTIUM

Video, quam rem agis:
677 Quia commisi, ut me defrudes, ad eam rem adfectas viam.

MENAECHMUS

Neque edepol te defrudandi causa posco: quin tibi
Dico uxorem rescivisse.

---

668 uolup *Pylades*: uoluptaſ 672 prius] iuſ *BC, olim corr* 674 *Priscianus* 5, *p.* 151, 12 *H.* 'spinter [*post ea quae ad v.* 515 *adscripta sunt*]: idem in eadem "mihi *tu* (tu si *vel* tum *pauci ex libris Hertzianis*)dederis ... factum *reperies* (*vel* repperies)".' tu ut *C* ut tu *B* relęcerıſ *B* relegerıſ *C* 676 poſtıılla euıdeo *corr* poſtıllae uıd *B* doſt ıllac uıdeo *C* 677 Quae *Bothius* 679 reſcıuıſſe nec *C* reſcıuıſ ſenec *B*, *qui libri Erotii notam versui* 680 Tute ultro *praefigunt: correxit Pylades. Librorum distri-*

EROTIUM

Nec te ultro oravi ut dares:
680 Tute ultro ad me detulisti, dedisti eam dono mihi.
Eandem nunc reposcis. patiar: tibi habe, aufer, utere
Vel tu vel tua uxor, vel etiam in loculos conpingite.
Tu huc post hunc diem pedem intro non feres, ne frustra sis;
Quando tu me bene merentem tibi habes despicatui,
685 Nisi feres argentum, frustra me ductare non potes.
Aliam posthac invenito, quam habeas frustratui.

MENAECHMUS

Nimis iracunde hercle tandem. heus tu, tibi dico, mane,
Redi, etiamne astas? etiam audes mea revorti gratia?
Abiit intro, occlusit aedis. nunc ego sum exclusissimus:
690 Neque domi neque apud amicam mihi iam quicquam creditur.
Ibo et consulam hanc rem amicos, quid faciendum censeant.

---

butionem mire defendit Ussingius 681 habeto *Ritschelius* 682 loculos *Balbachius*: oculos 683 frustra sis *Pylades*: frustraſſiſ *libri, nisi quod* ferreſ neferuſtaſiſ *B* 684. 685 *Orationis formam declarat distinctio qua usus sum* 686 tu habeaſ *C solus* 688 Redı etıamne aſtaſ *C* Rediet ıamne aſteſ *B* etiam *om C* 689 Abıı *B* Abi *C* ocluſıt aedıſ *corr B* octuſ ıraedıſ *C et ante rasuram B pr*

MATRONA. MENAECHMUS ALTER

MENAECHMUS

692 Nimis stulte dudum feci, quom marsuppium
Messenioni cum argento concredidi.
Inmersit aliquo sese credo in ganeum.

MATRONA

695 Provisam, quam mox vir meus redeat domum.
Sed eccum video: salva sum, pallam refert.

MENAECHMUS

Demiror, ubi nunc ambulet Messenio.

MATRONA

Adibo atque hominem accipiam quibus dictis meret. —
Non te pudet prodire in conspectum meum,
700 Flagitium hominis, cum istoc ornatu?

MENAECHMUS

Quid est?
Quae res te agitat, mulier?

MATRONA

Etiamne, inpudens,
702 Muttire verbum unum audes aut mecum loqui?

---

692 qum *B* 695 uer meuſ *C* uir meuſ *corr B* 698 *Nonius p.* 468, 13 'meret pro meretur. Pl. in Men. [*v.* 355]. idem in eadem "adibo .. *dictis quibus meret*".' aeret *B pr*, *C* aeret *B corr* 701 Quereſ *BC* te res *Brixius* agit ad *B pr*

MENAECHMUS

Quid tandem admisi in me, ut loqui non audeam?

MATRONA

Rogas me? *o* hominis inpudentem audaciam.

MENAECHMUS

705 Non tu scis, mulier, Hecubam quapropter canem
Graii esse praedicabant?

MATRONA

Non equidem scio.

MENAECHMUS

707 Quia idem faciebat Hecuba, quod tu nunc facis·
Omnia mala ingerebat, quemquem aspexerat.
Itaque adeo iure coepta appellari est canes.

MATRONA

710 Non ego istaec flagitia possum perpeti:
Nam med aetatem viduam esse mavelim,
Quam istaec flagitia tua pati quae tu facis.

MENAECHMUS

Quid id ad me, tu te nuptam possis perpeti,
An sis abitura a tuo viro? an mos hic ita est,
715 Peregrino ut advenienti narrent fabulas?

MATRONA

Quas fabulas? non, inquam, patiar praeterhac;
Quin vidua vivam, quam tuos mores perferam.

MENAECHMUS

Mea quidem hercle causa vidua vivito
Vel usque dum regnum optinebit Iuppiter.

---

704 o *add Pylades* 705 quam propter *B pr* 709 apellare eſt *C* appellare eſt *B* caneſ *BC*, canıſ *corr B*; (826 canis) *Cf. Varro de lingua latina* 7, 32 *p.* 319 *Sp.* 'dicta enim apud veteres una canes.' 710, *item* 712, ıſta hec *BC* ista hec *corr B. Cf. Lachmannus Lucr. p.* 267 istaec [tua] *Ritschelius ut* 729
714 adtuo *BC* adtuo *corr B* an mos hic ita est *Bothius*:

MATRONA

720 At mihi negabas dudum surrupuisse te,
Nunc eandem ante oculos attines. non te pudet?

MENAECHMUS

Heu hercle, mulier, multum et audax et mala es.
Tun tibi hanc surreptam dicere audes, quam mihi
Dedit alia mulier, ut concinnandam darem?

MATRONA

725 Ne istuc mecastor, iam patrem accersam meum
Atque ei narrabo tua flagitia quae facis.
Ei, Decio, quaere meum patrem, tecum simul
Ut veniat ad me: ita rem esse dicito.
Iam ego aperiam istaec tua flagitia.

MENAECHMUS

Sanan es?

730 Quae mea flagitia?

MATRONA

Pallam atque aurum meum
Domo suppilas tuae uxori et tuae
Degeris amicae. satin haec recte fabulor?

MENAECHMUS

Quaeso hercle, mulier, si scis, monstra quod bibam,
Tuam qui possim perpeti petulantiam.
735 Quem tu hominem arbitrare, nescio:
Ego te simitu novi cum Porthaone.

---

annoſ ıta eſt hoc *C* annoſ ıta eſt hoc *B* 720 *Traditum versuum ordinem quem non leviter mutavit Ritschelius vindicare studui mus. Rhen.* 1861 *p.* 636 721 eadem *BC* 722 maleſ *B pr* 723 surreptam hanc *Bothius. Cf.* 1054 727 deceo *BC* quare *BC, corr B* 728 rem [natam] *Ritschelius* 729 ıſta hec *B pr* ıſtec *C* 730 *Conieci* pallas *coll.* 794 731 suppilas [clam] *Fleckeisenus; sed nescio an haec potius oratio flagitetur* pallas atque aurum meum Domo suppilas: tuae uxori [aufers] et tuae Degeris amicae. *Cf.* 794 *sq. Quae praeterea prolata vidi speciosa sunt, non vera* 735 [med] hominem [esse] *Ritschelius* 736 simitu *Camerarius*: ſı me tu *B* ſımeñtu *C*

MATRONA

737 Si me derides, at pol illum non potes,
Patrem meum, qui huc advenit. quin respicis.
Novistin tu illum?

MENAECHMUS

Novi cum Calcha simul:
740 Eodem die illum vidi quo te ante hunc diem.

MATRONA

Negas novisse me? negas patrem meum?

MENAECHMUS

Idem hercle dicam, si avom vis adducere.

MATRONA

743 Ecastor pariter hoc atque alias res soles.

SENEX. MATRONA. MENAECHMUS ADULESCENS

Ut aetas mea est atque ut hoc usus facto est,
745 Gradum proferam, progrediri properabo.
Sed id quam facile sit mihi, haud sum falsus:
Nam pernicitas deserit, consitus sum
Senectute, onustum gero corpus, vires
Reliquere: ut aetas mala est, merx mala ergost.

---

737 at pol *ed. pr.* ad pol *B pr* a^{d} pol *C* ac pol *B corr, ex quibus nihil efficiendum, cf.* 661 738 reſpıſcıſ *B* 739 *Priscianus* 6, *p.* 239, 10 *H.* 'hic Calchas huius Calchae antiqui declinabant. Pl. in Men. "*novistin illum* (novisti nullum *Sangall. Lugd. Carol.*) novi cum *calcha* simul". nouıſtı ıntu *B* nonuıſtın tu *C* calchanteſ *B pr* calchante *B corr, C* 740 ıllum uıdı *B* uıdı ıllum *C Vaticanus* MA. Ante, *et deinde* Negas novisse *B* 741 *Cf. ind. lect. aest.* 1880 *p.* 5 745 progrediri *Bothius*: progredı 746 mihi facile sit *cum Weisio Brixius* 747 *Nonius p.* 1, 23 'aetatem malam senectutem veteres dixerunt. Pl. Men. "*consitus* .... *mers mala est ergo*". *Idem p.* 192, 18 'aetas feminini est generis. Pl. Men. "ut aetas ... *mers mala est ergo*". conſcıtuſ *B pr*, *C* conſcıuſ *corr B* 749 merx *B corr, C* mer ... *B pr* (*fuit ut videtur* merceſ)

750 Nam res plurumas pessimas, quom advenit, fert;
Quas si autumem omnis, nimis longus sermost.
Sed haec res mihi in pectore et corde curaest,
Quidnam hoc sit negoti, quod filia sic
Repente expetit me ut ad sese irem,
755 Nec quid id sit, mihi certius facit,
Quid velit, quid me accersat.
Verum propemodum iam scio, quid siet rei:
Credo cum viro litigium natum esse aliquod.
Ita istaec solent, quae viros subservire
760 Sibi postulant, dote fretae, feroces.
Et illi quoque haud abstinent saepe culpa.
Verum est modus tamen, quoad pati uxorem oportet.
Nec pol filia umquam patrem accersit ad se,,
Nisi aut quid commissi aut iurgi est causa.
765 Sed quicquid id est, iam sciam. Atque eccam eampse
Ante aedis et eius tristem virum video: id est, quod suspicabar.
Appellabo hanc.

MATRONA

Ibo advorsum — Salve multum, mi pater.

SENEX

768 Salva sis. salven advenio? salven accersi iubes?
Quid tu tristis es? quid ille autem abs te iratus destitit?

---

750 quam *corr* quom *B* fert *B pr*, affert *B corr*, *C*; *quo ita utitur Brixius ut continuos baccheos efficiat hac forma* advenit ad || Fert quas si 752 cura eſt *B pr* curae eſt *corr B* 754 negotı *C* negotıı *B* 756 arcessat *Lambinus*: accerſıt 764 commıſſı *B* commıſſı *C* ıugıı *B* uırgı *C* 765 id quicquid *Bothius* 767 ıbo uorſum. MA. ſalue *B et* (*sine* MA.) *C* advorsum *Pylades; personae notam suo loco posuit Gulielmus* 768 salvaen advenio? salvan *Gronovius; librorum* salven *Brixius tutatur, sed ut non plane persuadeat; de* advenio *cf. Epid.* 626 pedibus plumbeis Quod perhibetur prius venisset quam tu advenisti mihi

770 Nescio quid vos velitati estis inter vos duo.
Loquere, uter meruistis culpam, paucis, non longos logos.

MATRONA

Nusquam equidem quicquam deliqui: hoc primum te absolvo, pater.
Verum vivere hic non possum neque durare ullo modo:
774 Proin tu me hinc abducas.

SENEX

Quid istuc autem est?

MATRONA

Ludibrio, pater,
775 Habeor.

SENEX

Unde?

MATRONA

Ab illo, quoi me mandavisti, meo viro.

SENEX

776 Ecce autem litigium. quotiens tandem edixi tibi,
Ut caveres, ne uter ad me iretis cum querimonia?

MATRONA

Qui ego istuc, mi pater, cavere possum?

SENEX

Men interrogas?
779 Nisi non vis. Quotiens monstravi tibi, viro ut morem geras,
Quid ille faciat, ne id observes, quo eat, quid rerum gerat.

---

770 *Nonius p.* 3, 5 'velitatio dicitur levis contentio . . Plautus . . idem Men. "nescio quid *vos velitati* estis inter vos *duo*".' *Paulus ex Festo p.* 369, 7 *M.* 'velitatio dicta est ultro citroque probrorum obiectatio . . Plautus "nescio quid *velitati* estis inter vos".'
uoſ uelıatı *B* uoſ uelatı *C* duoſ *Plauti libri* 771 paucı *BC*, *olim correctum* logoſ *olim correctum*: locoſ 772 abſolue *B* 773 hıc uıuere *B solus* 778 ego *om C solus*

MATRONA

781 At enim ille hinc amat meretricem ex proximo

SENEX

Sane sapit,
Atque ob istanc industriam etiam faxo amabit amplius.

MATRONA

Atque ibi potat.

SENEX

Tua quidem ille causa potabit minus,
784 Sive illic sive alibi libebit. Quae haec, malum, inpudentiast?
Una opera prohibere, ad cenam ne promittat, postules,
Neve quemquam accipiat alienum apud se. servirin tibi
Potulas viros? dare una opera pensum postules,
788 Inter ancillas sedere iubeas, lanam carere.

MATRONA

Non equidem mihi te advocatum, pater, adduxi, sed viro:
Hinc stas, illim causam dicis.

SENEX

Si ille quid deliquerit,
791 Multo tanto illum accusabo, quam te accusavi, amplius.
Quando te auratam et vestitam bene habet, ancillas, penum
Recte praehibet, melius sanam est, mulier, mentem sumere.

MATRONA

At ille suppilat mihi aurum et pallas ex arcis domo:
795 Me despoliat, mea ornamenta clam ad meretrices degerit.

---

781 Ad *B pr* 784 Si illic *Bothius* *Conf.* 293 786 Neque *B* se *Acidalius*: te 788 *Varro de lingua latina* 7, 54 *p.* 339 *Sp.* 'In Menaechmis "inter . . *iubes* (*sic Flor.*) lanam *carere*" . . . . carere a carendo quod eam tum purgant ac deducunt ut careat spurcitia.' carpere *BC* 789 quidem *C* 790 illim *BC* illinc *corr B* dicif fi ille *et mox* 791 SE. Multo *B*, *correxit Camerarius* 791 tanta *BC* *Cf. Lachmannus in Lucr.* 6, 459 792 *Cf. mus. Rhen.* 1861 *p.* 637 ancillas penum *Pylades*: anpillafpen *BC* 793 famnam *BC* meliust sanam *Ritschelius*, *sed conf.* 156. 118. 709 794 domo *Acidalius*: modo 795 clam

SENEX

Male facit, si istuc facit: si non facit, tu male facis,
797 Quae insontem insimules.

MATRONA

Quin etiam nunc habet pallam, pater,
Et spinter, quod ad hanc detulerat: nunc, quia rescivi, refert.

SENEX

Iam ego ex hoc, ut factum est, scibo: *ibo* ad hominem
atque adloquar.
800 Dic mi istuc, Menaechme, quod vos dissertatis, ut sciam.
Quid tu tristis es? quid illam autem abs te iratam destituis?

MENAECHMUS

Quisquis es, quicquid tibi nomen est, senex, summum Iovem
Deosque do testes

SENEX

Qua de re aut cuius rei rerum omnium?

MENAECHMUS

Me neque isti male fecisse mulieri, quae me arguit
805 Hanc domo ab se surrupuisse * * abstulisse deierat.
Si ego intra aedis huius umquam ubi habitat penetravi *pedem*,
Omnium hominum exopto ut fiam miserorum miserrimus.

Acidalius: ıam *B* tıam me *C* 798 Et *add Lipsiensis, om BC* 799 scibo [ibo] *Camerarius*: ſıbo *BC*, ıbo *corr B*, scibo [adibo] *Ritschelius* atque alloquar *Pylades*: adquemloquar *BC* atque loquar *corr B* 800 dıſcertatıſ *Vaticanus, errore ut videtur, correxit enim* dıſſertatıſ, *idem quod est in BC* 804 Quı *C* tu trıſtıſ *corr Vaticanus*: tutrıx *BC*, *Vaticanus pr* quod[1] *B* deſtıtuıſ *B* dedıſtıtuſ *C Vaticanus* illa .. irata destitit *Dousa, ut* 769 803 do testes *Gruterus*: deteſteſ *C* deteſteſ[or] *B* 805 deierat *Camerarius*: delurat *vel* deıurat *Defectum orationis Ritschelius agnovit, sed in supplendo aberravit: opinor talem fere formam fuisse* Me neque isti male fecisse mulieri quae me arguit Hanc domo ab se surrupuisse [neque adeo umquam ante hunc diem Eam vidisse quae me hanc ab sese] abstulisse deierat; *quae simul defectus causam aperiat*: *cf. ad* 276 806 pedem *add Pylades*

SENEX

808 Sanun es, qui istuc exoptes aut neges te umquam pedem
In eas aedis intulisse ubi habitas, insanissime?

MENAECHMUS

Tun, senex, ais habitare med in illisce aedibus?

SENEX

811 Tun negas?

MENAECHMUS

Nego hercle vero.

SENEX

Immo hece ludere negas.

812 Nisi quo nocte hac exmigrasti. — Concede huc *sis*, filia.
Quid tu ais? num hinc exmigrastis?

MATRONA

Quem in locum aut *quam* ob rem, obsecro?

SENEX

Non edepol scio.

MATRONA

Profecto ludit te hic.

SENEX

Non tu tenes? —

815 Iam vero, Menaechme, satis iocatus: nunc hanc rem gere.

---

808 negeſ te unquam *Lipsiensis*: nec eſt eumquā *C* nec ẽ umquam (*corr* necẽ^{ut}) *B* 809 ıntulıſ *C* ıntulıſ^{erıſ} *B* ıntulıſſe *Lipsiensis* 810 Tunc *B* Tunc *C* aıt^{ſ} *B* aıt *C* med in *Gruterus*: metdın *C* me ın *B* 811 Tun *Bothius*: Tu *Cf. ad* 622 MA. Inmo *B* ımmo *C* neget *C* *Conieci* Immo hercle ludicre negas, *et* ludicre *quidem iam Pareus* 812 quo^{a} *B* exmigrasti *Ritschelius*: mıgraſtı huc *Camerarius*, huc [sis] *Acidalius*: hac 813 agıſ *B pr*, *C* aıſ *corr B* num *Lambinus*: non *vel* ñ exmigrastis *Ritschelius*: exmıgraſtı *B* exaıgraſtı *C* *Malim utrobique* exmigrastis aut [quam] ob rem *Beroaldus*: aut ob rem *C* aut rem *B* 814 tu *B* tu^{te} *C* tu te *Vaticanus*, te *Ritschelius* *Mire iudicat Muellerus eique adsentiens Brixius* 815 hanc rem gere *Studemundus*, *Spengelius*: ac$^{h\ n}$ rem agere *B* acrema gere *C* ac^{hanc} rem agere *Vaticanus*, hanc rem age *Camerarius* *Cf. Pseud.*

MENAECHMUS

816 Quaeso, quid mihi tecum est? unde aut quis tu homo es?..
Tibi aut adeo isti, quae mihi molesta est quoquo modo?

MATRONA

Viden tu illi oculos virere? ut viridis exoritur colos
Ex temporibus atque fronte, ut oculi scintillant, vide.

MENAECHMUS

820 Quid mihi melius est quam, quando illi me insanire praedicant,
Ego me *ut* adsimulem insanire, ut illos a me absterream?

MATRONA

Ut pandiculans oscitatur. Quid nunc faciam, mi pater?

SENEX

Concede huc, mea gnata, ab istoc quam potes longissime.

MENAECHMUS

Euhie atque heu Bromie, quo me in silvam venatum vocas?
825 Audio, sed non abire possum ab his regionibus:
Ita illa me ab laeva rabiosa femina adservat canis,
Poste autem illic hircus alius, qui saepe aetate in sua
Perdidit civem innocentem falso testimonio.

SENEX

Vae capiti tuo.

---

195 *R.* tace nunc atque hanc rem gere 816 quid feci ego *ad supplendum versum mutilum reparandamque sententiam addidit Camerarius. Conf. Poen.* 5, 4, 67 Quid nos fecimus tibi? 817 Tibi aut] *Cf.* 383 *fortasse* molesta quae mihi est 818 illic *Ritschelius ut* 302. 830 iure reutuiridiſ *C* uire . . uiridiſ (uirere uiridiſ *corr) B* livere *vel* lurere *Ritschelius* 821 ut *addidit Ritschelius* apſterream *C* 822 pandiculaſ *BC* *Cf. Paulus ex Festo p.* 220 *M.* 'pandiculari dicuntur qui toto corpore oscitantes extenduntur, eo quod pandi fiunt.' 823 nata *libri* poteſ *C Vaticanus* poteſt *corr* poteſ *B* 824 Eubiatque heu bromie *C Vaticanus* Eum atq heu bromie (*corr* Eum) *B*, Euhoe (Euoe) atque heu bromie *Saracenus et Camerarius*, Euoe Bacche, heu Bromie *Ritschelius* 827 Poste *Ritschelius*: Poſt te illic hircus alius *Beroaldus, Pylades*: illi circo ſaluſ ſepe *C* ſeſe *B*

MENAECHMUS

Ecce, Apollo mihi ex oraclo imperat,
830 Ut ego illi oculos exuram lampadibus ardentibus.

MATRONA

Perii, mi pater: minatur mihi oculos exurere.

MENAECHMUS

Ei mihi, insanire me aiunt, ultro cum ipsi insaniunt.

SENEX

833 Filia, heus.

MATRONA

Quid est? quid agimus?

SENEX

Quid, si ego huc servos cito?
834 Ibo adducam qui hunc hinc tollant et domi devinciant,
Prius quam turbarum quid faciat amplius.

MENAECHMUS

enim ereo.
836 Ni occupo aliquod mihi consilium, hi domum me ad se auferent.
Pugnis me votas in huius ore quicquam parcere,
Nei a meis oculis abscedat in malam magnam crucem.
Faciam quod iubes, Apollo.

SENEX

Fuge domum quantum potest,
840 Ne hic te obtundat.

---

829 oraclo *C Vaticanus* oraculo *B* oraclod *Ritschelius* 830 illic *Ritschelius ut* 818 834 Perii *Camerarius*: Peri 832 aiunt *B pr, C* ipſe *B pr, C* ultro *cum priore parte orationis coniungendum esse vix persuadet Ussingius; est autem summa vis sententiae in altera parte* (*cf.* 945), *neque alio loco aptius hunc versum collocatum iri, quod plerique Acidalio auctore sumunt, facile concesserim* 833 ſeruo ſciṭo *B* 835 ampliuſ enim ereo *C* amplius enim (*addito m. alt.* uero) *B* *fortasse* amplius. ME. [Quid] enim haereo? Ni occupo; *et in* ereo *latere* haereo *olim intellectum est* 836 aliquid *BC* 838 Nei a meis] Ne iam meiſ (*corr* Ne iam hiſ) *B* Nei amuſ *C* 839 poteſt *B* poteſ *C*

MATRONA

Fugio. amabo, adserva istunc, mi pater,
841 Ne quo hinc abeat. Sumne ego mulier misera, quae illaec
audio?

MENAECHMUS

Haud male illanc *a me* amovi. nunc hunc inpurissimum
Barbatum tremulum Titonum, qui cluet Cygno patre,
Ita mihi imperas, ut ego huius membra atque ossa atque artua
845 Comminuam illo scipione, quem ipse habet.

SENEX

Dabitur malum,
Me quidem si attigeris aut si propius ad me accesseris.

MENAECHMUS

847 Faciam quod iubes: securim capiam ancipitem atque hunc
senem
Osse fini dedolabo assulatim viscera.

SENEX

Enimvero illud praecavendum est atque adcurandumst mihi:
850 Sane ego illum metuo ut minatur ne quid male faxit mihi.

MENAECHMUS

Multa mi imperas, Apollo: nunc equos iunctos iubes
Capere me indomitos ferocis atque in currum inscendere,
Ut ego hunc proteram leonem vetulum olentem edentulum.

---

841 ſumme *B pr, C* ılla hec *B pr, C* audeo *B pr, C* 842 a me *addidit Bothius* 843 Tithonum *Meursius*: tıtanum *Priscianus* 6, *p.* 216, 15 *H.* 'hic Titanus huius Titani. Pl. in Men. "barbatum tremulum *Titanum qui lucet Cygno* (qui cygno lucet *vel* cygno qui lucet *codd. aliq.*) patre".' cycno prognatum patre *BC*, *ut* Moscho prognatum patre *v.* 401. 1060; Davo prognatum patre *Amphitr.* 361. 608. *Ex Prisciano* Cygno qui cluet p. *Palmerius*, qui cluet Cucino patre *Ritschelius Plauto reddiderunt* 844 *Priscianus* 6, *p.* 262, 6 *H.* 'hic artus hoc artu. Pl. in Men. "ita . . . artua Comminuam".' 847 ſecurı *BC* hunc || Senemoſſe *B* 848 *Nonius p.* 72, 21 'assulatim, ut minutatim . . . Pl. Men. "*nisi* dedolabo assulatim viscera".' *Nonius* fini *voluit* 849 adcurādumſı *BC* 853 uetulum *Gulielmus*: etulum *vel* & ulum edentulum *Pius*: eden-

854 Iam adstiti in currum, iam lora teneo, iam stimulum in manust.
Agite, equi, facitote sonitus ungularum appareat:
Cursu celeri facite in flexu sit pedum pernicitas.

Senex

857 Mihin equis iunctis minare?

Menaechmus

Ecce Apollo denuo
Me iubes facere inpetum in eum qui stat atque occidere.
Sed quis hic est, qui me capillo hinc de curru deripit?
860 Imperium tuum demutat atque edictum Apollinis.

Senex

Heu hercle morbum acrem ac durum, di vostram fidem.
Vel hic, qui insanit, quam valuit paulo prius:
Ei derepente tantus morbus incidit.
Ibo atque accersam medicum iam quantum potest.

Menaechmus

865 Iamne isti abierunt, quaeso, ex conspectu meo,
Qui me vi cogunt ut validus insaniam?
Quid cesso abire ad navem, dum salvo licet;
Vosque omnis quaeso, si senex revenerit,
Ne me indicetis qua platea hinc aufugerim.

---

tiuſ 854 manu *Brixius* 856 inflexa *Dousa* ſint *C* ſunt *B* 857 manare *C* m̥anare *B* 858 qui stat] *non est quod* hic *addatur: conf. Pseud.* 967 *R.* Heus tu, qui cum hirquina stas barba, responde quod rogo; *sic libri, a quibus longiuscule discessit Ritschelius; Poen.* 5, 4, 54 In pauca confer: sitiunt qui sedent 860 atque dictum *BC, olim correctum* 861 Eu *B* Eo *C* 869 Nime *BC, cf. mus. Rhen.* 1861 *p.* 638

SENEX

870 Lumbi sedendo, oculi spectando dolent,
Manendo medicum, dum se ex opere recipiat.
Odiosus tandem vix ab aegrotis venit.
Ait se obligasse crus fractum Aesculapio,
Apollini autem brachium: nunc cogito,
875 Utrum me dicam ducere medicum an fabrum.
Atque eccum incedit. Move formicinum gradum.

MEDICUS. SENEX

MEDICUS

877 Quid esse illi morbi dixeras? narra, senex.
Num laruatus aut cerritus? fac sciam.
Num eum veternus aut aqua intercus tenet?

SENEX

880 Quin ea te causa duco ut id dicas mihi,
Atque illum ut sanum facias.

MEDICUS

Perfacile id quidemst.
Sanum futurum, mea ego id promitto fide.

SENEX

Magna cum cura ego illum curari volo.

---

870 *Ausonii in Ludo septem sapientum incipit Chilon (p.* 278 *Tollii)* 'Lumbi sedendo oculique *spectando* dolent Manendo Solonem quoad sese recipiat', *sed adnotatur 'coniunctivam particulam veterem lectionem non habuisse.'* exſpectando *BC* 876 *Priscianus* 1, *p.* 79, 18 *H.* 'formica formicinus. Pl. in Men. "atque . . . gradum".' 877 eſſe *Lipsiensis*: eſſet *BC* illi esse *Ritschelius* 878 *Cf. Nonius p.* 44, 26 'cerriti et larvati male sani . . Pl. Amfitryone "Laruatus? edepol hominem miserum: medicum quaeritat." Idem in Amfitr. "Quaese advenienti morbo medicamen tibi: Tu certe aut laruatus aut cerritus es".' 879 uetenuſ *BC*
881 quid aſt (*corr* quidē · ſt) *B* quidaeſt *C* 882 mea ego

Medicus

884 Quin suspirabo plus sescentos in dies:
Ita ego illum cum cura magna curabo tibi.

Senex

Atque eccum ipsum hominem. observemus, quam rem agat.

MENAECHMUS ADULESCENS. SENEX. MEDICUS

Menaechmus

887 Edepol ne hic dies pervorsus atque advorsus mi optigit.
Quae me clam ratus sum facere, ea omnia fecit palam
Parasitus, qui me complevit flagiti et formidinis,
890 Meus Ulixes, suo qui regi tantum concivit mali.
Quem ego hominem, si quidem vivo, vita evolvam sua.
Sed ego stultus sum, qui illius esse dico, quae meast:
Meo cibo et sumptu educatus est. Anima privabo virum.
Condigne autem haec meretrix fecit, ut mos est meretricius:
895 Quia rogo pallam, ut referatur rursum ad uxorem meam,
Mihi se ait dedisse. Heu, edepol ne ego homo vivo miser.

Senex

897 Audin quae loquitur?

Medicus

Se miserum praedicat.

Senex

Adeas velim.

ıd *Vaticanus*: me aeco ıd *B* me acoıd *C* 884 suspirabo, *prae labore scilicet et cura; sic Priamus apud Ennium qui videtur* curis sumptus suspirantibus ſeſcenta ın dıeſ *B* ſeſentıa ın dıe *C* sexcentos in dies *Camerarius* *Conf. ex Amphitruone quod affertur* (*v.* 1033 *Ussing.*) Ibi scrobes effodito tu plus sexagenos in dies 885 Ita illum égo *Seyffertus* 886 opſeruemuſ *C* 888 Quem eclam *B* omnia ea *Bothius* 889 complebıt *B* conplebıt *C* flagıtıı *BC* 891 uıtae uoluam *B* nıtae uoluam *C* vitad *cum Buechelero Ritschelius* 892 que mea ſıt *BC* est *Camerarius* 895 palla *BC*, *olim correctum* 896 eu *BC*, *corr B* 897 ſed

Medicus

898 Salvos sis, Menaechme. quaeso, cur apertas brachium?
Non tu scis, quantum isti morbo nunc tuo facias mali?

Menaechmus

900 Quin tu te suspendis.

Senex

Ecquid sentis?

Medicus

Quidni sentiam?
Non potest haec res ellebori unguine optinerier.
902 Sed quid ais, Menaechme?

Menaechmus

Quid vis?

Medicus

Dic mihi hoc quod te rogo:
903 Album an atrum vinum potas?

Menaechmus

Quin tu is in malam crucem?

Senex

Iam hercle occeptat insanire primulum. . . .

Menaechmus

. . . . Quin tu me interrogas,
905 Purpureum panem an puniceum soleam ego esse an luteum?

BC, corr B 901 ellebori iungere *B pr, C,* iungere uine *B corr* *Cf. Lachmannus Opp. p.* 189 902 te *om B* 904 occepta *BC, corr B* 903. 904 *Curculionis versibus* 2, 1, 26. 27 *in B mrg. adscripta haec notatio* album atrum uinum potaſ || quid tibi queſito opuſ eſt; *quo testimonio minime spernendo ita usus est Ritschelius ut hunc ordinem sermonis restitueret* Album an atrum vinum potas? Men. Quid tibi quaesitost opus? [Med. Magni refert qui colos sit.] Men. Quin tu is in malam crucem; *non satis certo nec probabiliter maxime ob v.* 904, *in quo quoniam haec* Quin tu me interrogas *quae nullam suspicionem movent cum superioribus* Iam hercle ‥primulum *in unum versum coire non possunt, hanc esse defectus sedem ratus, ascita illa adnotatione talia supplementa temptavi*: Se. Iam hercle occeptat insanire primulum. [Men. Quin tu taces? Quid tibi [autem] quaesito opus est?] Quin tu med interrogas. *Quibus*

Soleamne esse avis squamosas, piscis pennatos?

SENEX

Papae,

907 Audin tu, ut deliramenta loquitur? quid cessas dare
Potionis aliquid, priusquam percipit insania?

MEDICUS

Mane modo: etiam percontabor alia.

SENEX

Occidis fabulans.

MEDICUS

910 Dic mihi hoc: solent tibi umquam oculi duri fieri?

MENAECHMUS

Quid tu me lucustam censes esse, homo ignavissime?

MEDICUS

Dic mihi, enumquam intestina tibi crepant, quod sentias?

MENAECHMUS

Ubi satur sum, nulla crepitant: quando esurio, tum crepant.

MEDICUS

Hoc quidem edepol hau pro insano verbum respondit mihi.
915 Perdormiscin usque ad lucem? facilin tu dormis cubans?

---

supplementis causa defectus repetitum quin *agnoscitur* (*cf. ad v.* 276. 805). *Ceterum ne nimiam illi notatori accurationem tribuamus prohibent quae ad* 910. 911 *adscripta similia sunt* 906 auiſ quamoſaſ *C* auiſ quam oſſaſ *B, olim correctum* 907 Auditu *BC* Audin tu *B corr* 909 occidiſ fabulam *B* occidiſ falam *C, correxit, simul personarum distributionem ordinans, Acidalius* 910. 911 *Huc spectant quae Curculionis versibus* 2, 1, 7. 8 *adscripta sunt in B mrg*: ſolent tibi oculi duri fieri || cenſeſne locuſtam esse 912 *Nonius p.* 255, 6 'crepare est sonare. Pl. in Men. "dic *mihi enumquam intestina crepant* quod . . . *tunc* crepant".' me hie numquam *B pr, C* mihi an umquam *B corr* 914 hau pro *C* haupro *B* 915 Perdormiſcin uſque *ed. pr.*: Perdormiſcaniuſque *BC* cubans *Scioppius*: curanſ *Personarum distributio haec est in B:* 915 MEN. Facilin — 916 MED. Perdormisco — 917 MEN. Qui te —: *ne quis hoc indicio abutatur ad probandum defectum qui videbatur Ritschelio ante* 917, *quem nullum puto; ridicule interroganti medico Menaechmus ridicule respondet addita percontatoris*

MENAECHMUS

916 Perdormisco si resolvi argentum cui debeo.
Qui te Iuppiter dique omnes, percontator, perduint.

MEDICUS

Nunc homo insanire occeptat: de illis verbis cave tibi.

SENEX

Immo Nestor nunc quidem est de verbis praeut dudum fuit:
929 Nam dudum uxorem suam esse aiebat rabiosam canem.

MENAECHMUS

Quid ego dixi?

SENEX

Insanus, inquam.

MENAECHMUS

Egone?

SENEX

Tu istic, qui mihi
922 Etiam me iunctis quadrigis minitatus prosternere.
Egomet haec te vidi facere: egomet haec te arguo.

MENAECHMUS

At ego te sacram coronam surrupuisse aio Iovis,
925 Et ob eam rem in carcerem ted esse conpactum scio,
Et postquam es emissus, caesum virgis sub furca scio;
Tum patrem occidisse et matrem vendidisse etiam scio.
Satin haec pro sano male dicta male dictis respondeo?

---

inepti exsecratione 917 perdunt *C* perdunt *B* 919 neſter *C* neſtor *B*, *h. e.* Nestor, *quod iure probavit Spengelius Plaut. p.* 12; *neque* Nestoris *haec magis mira mentio videri debet quam vel* Solonis *Asin.* 592 920 alebat *BC, corr B* 921 tuiſtic *C* iſtuc *B* 922 miñiſ ſtatuſ *BC, corr B* *Post* 922 *Menaechmi responsum intercidisse statuit Ritschelius: exempli causa propono:* MEN. Quis se dicit haec me facere vidisse aut quis arguit (*cf.* 241. 642), *quibus apte adnectitur Senis responsum* 924 aio Iovis *Pareus*: lo ioui*C* lo ioui*Valicanus* ioui*B*, Iovis scio *Pylades* 925 ted esse *Camerarius*: te deeſſe *B* teb deeſſe *C* 926 ſuffurca *B pr* 928 reſcon-

SENEX

Obsecro hercle, medice, propere, quidquid facturus, face.
930 Non vides hominem insanire?

MEDICUS

Scin quid facias optimum est?
Ad me face uti deferatur.

SENEX

Itane censes?

MEDICUS

Quippini?
932 Ibi meo arbitratu potero curare hominem.

SENEX

Age, ut lubet.

MEDICUS

Helleborum potabis faxo aliquos viginti dies.

MENAECHMUS

At ego te pendentem fodiam stimulis triginta dies.

MEDICUS

935 I, arcesse homines, qui illunc ad me deferant.

SENEX

Quot sunt satis?

MEDICUS

Proinde ut insanire video, quattuor, nihilo minus.

SENEX

Iam hic erunt: adserva tu istunc, medice.

MEDICUS

Immo ego ibo domum,
938 Ut parentur, quibus paratis opus est. tu servos iube
Hunc ad me ferant.

---

deo *BC, corr Vaticanus* 929 maledice *C* maledice *B* 930 ſin *B pr, C* optimeſ *C* 934 ut id eferatur *C* ut deferatur *B* itana *B pr, C* 933. 934 *inverso ordine BC, transposuit Camerarius* Helleſ borum *C* Helles forum (f *e corr*) *B, corr in Vaticano* 935 I arcesse *Pareus*: Larceſſe *BC* illunc *Camerarius*: illum 936 uideor *B pr, C* nihil hominuſ *BC* 937 ego ibo *B* ibo *C* *Cf.* 978 938 tuſ ſeruoſ *C Vaticanus* tuoſ ſeruoſ *B, olim correctum* iube

SENEX

Iam ego illic faxo erit.

MEDICUS

Abeo.

SENEX

Vale.

MENAECHMUS

940 Abiit socerus, abiit medicus: nunc solus sum. pro Iuppiter,
Quid illuc est, quod me hic homines insanire praedicant?
Nam equidem postquam gnatus sum numquam aegrotavi unum diem,
Neque ego insanio, neque pugnas neque ego litis coepio.
Salvus salvos alios video, novi homines, adloquor.
945 An illi perperam insanire me aiunt, ipsi insaniunt?
Quid ego nunc faciam? domum ire cupio: uxor non sinit;
Huc autem nemo intromittit. Nimis proventum est nequiter.
Hic ero usque: ad noctem saltem, credo, intromittar domum.

MESSENIO SERVUS

949 Spectamen bono servo id est, qui rem erilem
Procurat, videt, collocat cogitatque,
Ut absente ero rem eri diligenter
952 Tutetur quamsi ipse adsit aut rectius.
Tergum quam gulam, crura quam ventrem oportet
Potiora esse, cui cor modeste situm est.

---

hunc || Ad *libri, correxit Lambinus* 941 med hice (*sive* hisce) *Acidalius* 942 *hunc versum solus B servavit* 943 *Nonius p.* 89, 18 'coepere incipere .. Pl. Men. "neque ego insanio (sanio *Guelferbyt.*) neque pugnas *ne* litis *coepio*".' cupio *BC* 945 perderam *BC* mealunt *C* me aiunt *corr B* 948 ero usque *Pius*: ergo uſce *BC* (uſque *B corr*) *Interpunctio Bothii est* 952 quam ipſi ipse

955 Recordetur id, qui nihili sunt quid is preti
Detur ab suis eris, ignavis improbis viris.
Verbera, compedes molae, magna lassitudo fames, frigus durum, haec pretia sunt ignaviae.
Id ego male malum metuo: propterea bonum esse certumst potius quam malum.
Nam magis multo patior facilius verba, verbera ego odi,
960 Nimioque edo libentius molitum quam molitum praehibeo.
Propterea eri imperium exsequor, bene et sedate servo id: atque mihi id prodest.
Alii esse ita ut in rem esse ducunt, sint: ego ita ero ut me esse oportet.
Metum id mihi adhibeam, culpam abstineam, ero ut omnibus in locis sim praesto.
Servi, qui *cum* culpa carent metuont, solent esse eris utibiles.
965 Nam illi qui nihil metuunt, postquam malum promeritumque, ei metuunt.
Metuam haut multum; prope est, quandoc erus o faciam pretium exsolvet.

---

adſcıt *B pr* 955 Recorde cordet *B* ıſ pretı *B* uıſ precı *C* 960 p̄hıbeo *B pr* ꝓhıbeo *C, B corr* 961 mıhı ıd *B* ıd mıhı *C* 962 alıſ *B pr, C* ſın ego ero *C* *Versus incorruptus et unus: hoc dicit* alii sint ita ut esse in rem esse ducunt 963 culpā *B pr, C Vaticanus* culpa *B corr* *Sententiam sic intelligere videor:* ut ero omnibus in locis sim praesto, id mihi metum adhibeam, (ita) culpam abstineam; *accurate inter se concinunt* metum adhibeam, culpam abstineam, *ideo iuxta posita. et hanc autem ob causam* metum *abesse non potest et propter sequentes versus duos, quibus similia leguntur in Mostellaria* 858-860 *R., in libris ita scripta* Serui qui quom culpa carent tamen malum metuunt || Hi solent esse eris utibiles. || Nam illi qui nihil metuunt postquam sunt malum meriti || Stulta sibi expetunt consilia 964 culparent *B* culpa carent *C*, cum *addidi ex Mostellaria* metuo nı (*h. e.* metuont) *B* metuunt *C, B corr* 965 promeritum est metuunt *ed. pr.* 966 Metuam haud *Gruterus*: Metum aut *BC* *Haec quoque videntur indicio esse versus* 964. 965, *utut emendanda sunt, desiderari non posse* prope eſ *B* quando ceruſo faciam (fatıam) *BC*, quando erus quod faciam *ducibus Pylade et*

967 Ego exemplo servio, tergo ut in rem esse arbitror.
Postquam in tabernam vasa et servos conlocavi, ut iusserat,
Ita venio adversum. Nunc fores pultabo, adesse ut me sciat,
970 Neque virum ex hoc saltu damni salvom ut educam foras.
Sed metuo ne sero veniam depugnato proelio.

SENEX. MENAECHMUS ADULESCENS. LORARII. MESSENIO SERVUS

SENEX

972 Per ego vobis deos atque homines dico, ut imperium meum
Sapienter habeatis curae, quae imperavi atque impero.
Facite illic homo iam in medicinam ablatus sublimen siet,
975 Nisi quidem vos vostra crura aut latera nihili penditis.
Cave quisquam quod illic minitetur vostrum flocci fecerit.
Quid statis? quid dubitatis? iam sublimen raptum oportuit.
Ego ibo ad medicum: praesto ero illi cum venietis.

MENAECHMUS

Occidi.
979 Quid hoc est negoti? quid illic homines ad me currunt,
obsecro?
Quid voltis vos? quid quaeritatis? quid me circumsistitis?
Quo rapitis me? quo fertis me? perii. Obsecro vostram fidem,
Epidamnienses subvenite cives. Quin me mittitis.

Camerario G. Hermannus *De forma* quandoc *quam abiicere nolui cf. Festus p.* 258 *M.*' [quando] · · · et Ennius l. xvi "nox quando mediis signis praecincta volabit"; in xii quidem cum c littera ultima scribitur idemque significat.' *Hoc enim,* c, *retinendum nec* d *vel* e *scribendum esse, ascitis Pauli glossis p.* 259 Quandoc rex comitiavit — Quandoc stercus delatum fas — (*sic enim libros habere*), *comiter me docuit Aemilius Thewrewk de Ponor prof. Budapestinus* 967 *fortasse* Ego [eo] terge *B pr, C* 968 uaſ ſed *C* uaſa ſed *B* 969 miſceat *B pr* 970 Neque utrum *BC* Atque uirum *Bothius* ut educam foras *Pareus*: ute duo anfora 974 ſublimen *B* ſublimem *C* 975 nihil *B* 977 Quid ſatiſ *B pr* Qui ſatiſ *C* Quid ſtatiſ *corr B* 979 negotii *BC* opſecro *C* 980 uoſ *corr*

MESSENIO

Pro di immortales, obsecro, quid ego oculis aspicio meis?
Erum meum indignissime nescio qui sublimen ferunt.

MENAECHMUS

Ecquis suppetias mi audet ferre?

MESSENIO

Ego, ere, audacissime.

985 O facinus indignum et malum,
Epidamnii cives, erum
Meum hic in pacato oppido
Luci derupier in via,
Qui liber ad vos venerit.
990 Mittite istunc.

MENAECHMUS

Obsecro te quisquis operam ut des mihi,
Neu sinas in me insignite fieri tantam iniuriam.

MESSENIO

Immo et operam dabo et defendam et subvenibo sedulo.
Numquam te patiar perire: me perirest aequius.
Eripe oculum isti, ab umero qui tenet, ere, te obsecro.
995 Hisce ego iam sementem in ore faciam pugnosque obseram.
Maximo hodie malo hercle vostro istunc fertis: mittite.

MENAECHMUS

Teneo ego huic oculum.

MESSENIO

Face ut oculi locus in capite appareat.
998 Vos scelesti, vos rapacis, vos praedones —

Vaticanus: quoſ *BC* cırcumſiſtıtıſ *Lipsiensis*: cırcumſtıtıſ *C* cırcumſtıtıſ *B* 984 aut et *B pr, C* 985 *Quinque quaternarios descripsi auctore Kiesslingio; in B versus duo sunt ita distributi:* O facinus . . erum || Meum . . . venerit 989 lıberat *BC, olim correctum* 990 Mıttıtıſ tunc *C* Mıttıt·ıſ tunc *cum unius litterae rasura B* Mıttıt^{e} ıſtunc *corr Vaticanus* quıſquıſ *B* quıſquıſ eſ *C* ut des mihi *Camerarius*: mıhı ut deſ *vel* mıhı uıdeſ 993 me perirest aequius *Camerarius*: me derıreſ tecuıuſ *C* me derıdereſ te cuıuſ *B*

LORARII

Periimus.

999 Obsecro hercle.

MESSENIO

Mittite ergo.

MENAECHMUS

Quid me vobis tactio est?

1000 Pecte pugnis.

MESSENIO

Agite abite, fugite hinc in malam crucem.
Em tibi etiam, quia postremus cedis, hoc praemi feres.
Nimis [aut] bene ora commetavi atque ex mea sententia.
Edepol, ere, ne tibi suppetias temperi adveni modo.

MENAECHMUS

At tibi di semper, adulescens, quisquis es, faciant bene.
1005 Nam absque te esset, hodie numquam ad solem occasum viverem.

MESSENIO

Ergo edepol, si recte facias, ere, me emittas manu.

MENAECHMUS

1007 Liberem ego te?

MESSENIO

Verum, quandoquidem, ere, te servavi.

MENAECHMUS

Quid est?

1008 Adulescens, erras.

MESSENIO

Quid erro?

---

998 Lo. periimus *Camerarius*: perimuſ *BC* 999 tactioſi *C* tactio eſt *B* 1001 En *BC, correxit Ribbeckius* 1002 aut *delevit Bothius, in quo quid lateat non exputo* hora *BC* 1003 temperi *Ritschelius*: tempore 1005 Namque absque *B* te eſſet *B* tedeet *C* ſolem *C*, ſolıſ *B* 1006 med *Bothius* emittaſ *C* mıttaſ *B* 1007 Liberem *ed. pr.* Lıbertem *C* Lı-

MENAECHMUS

Per Iovem adiuro patrem,

1009 Me erum tuum non esse.

MESSENIO

Non taces?

MENAECHMUS

Non mentior:

Nec meus servos umquam tale fecit quale tu mihi.

MESSENIO

1011 Sic sine igitur, si tuum negas me esse, abire liberum.

[Quom viatico. AD. Id tibi iam huc adferam.

MENAECHMUS

Adfer strenue.

MESSENIO

Salvom tibi item ut mihi dedisti reddebo: hic mane.

MENAECHMUS

Nimia mira mihi quidem exorta sunt miris modis.
Alii me negant eum esse qui sum atque excludunt foras.
Vel ille qui se petere modo argentum modo, qui servum se meum
Esse aiebat, quem ego modo emisi manu.
Is ait se mihi allaturum cum argento marsuppium.]

MENAECHMUS

1012 Mea quidem hercle causa liber esto atque ito quo voles.

MESSENIO

Nempe iubes?

MENAECHMUS

Iubeo hercle, si quid imperi est in te mihi.

MESSENIO

1014 Salve, mi patrone. — Cum tu liber es, Messenio,
Gaudeo. — Credo hercle vobis. — Sed, patrone, te obsecro,
Ne minus imperes mihi, quam quom tuus servos fui.
Apud te habitabo et, quando ibis, una tecum ibo domum.

MENAECHMUS

1018 Minime.

---

berũ (ũ *e corr*) *B* 1009 Med *Bothius* 1011 *Versus inter* 1011 *et* 1012 *interpositi septem in libris infra* 1020—1025 *suo loco redeunt; dedi eos ut hoc loco leguntur in libris; omisit primum ed. pr.* 1013 imperii *BC* 1017 ted *Guyetus* 1018 Mane me:

MESSENIO

Nunc ibo in tabernam, vasa atque argentum tibi
1019 Referam; recte est obsignatum in vidulo marsuppium
[AD. Id si attulerit dicam ut a me abeat liber quo volet.]
1020 Cum viatico: id tibi iam huc adferam.

MENAECHMUS

Adfer strenue.

MESSENIO

Salvom tibi ita ut mihi dedisti reddibo: hic . . .

MENAECHMUS

1022 Nimia mira mihi quidem hodie exorta sunt multis modis.
Alii me negant eum esse qui sum atque excludunt foras:
Etiam hic servom esse se meum aiebat, quem ego emisi manu.
1025 Is ait se mihi allaturum cum argento marsuppium:
Id si adtulerit, dicam ut a me abeat liber quo volet,
Ne tum, quando sanus factus sit, a me argentum petat.
Socer et medicus me insanire aiebant. Quid sit, mira sunt.
Haec nihilo esse mihi videntur secus quam somnia.

---

nunc *Messenioni continuat Acidalius* *Post* 1019 *in libris qui sequitur versus, hic deletus a Pylade, redit infra* 1026 *suo loco: idem post* 1019 *positus indicium est turbarum ex repetito v.* 1019 *et* 1025 marsuppium *vocabulo ortarum; id quod acute perspexit Spengelius Plaut. p.* 50 1020 iam *om C* 1021 *Nonius p.* 476, 25 '*reddibo* pro reddam. Plautus in Casina [1, 41] "ruri reddibo". Idem in Men. "*salvum* tibi *ita* ut mihi dedisti *reddibo*". ıtem *priore loco BC* redhıbeo *C* ſed habeo *B;* reddebo *superiore loco BC* hıc *versu mutilo BC;* hıc mame (*corr* mane) *B* hıc me mane *C supra* 1022 hodie *supra om BC* multis] mırıſ *supra BC vere* 1024 *Reliqui versus formam quae hic est in libris, quae quid distet a superioris loci scriptura apparet; posse aut hunc versum aut totius tenorem orationis in pristinam formam revocari despero* 1026 *Vide ad* 1019 Ipſe adtulerıt *B hoc loco* me habeat *C et utroque loco B; supra* me abeat *C et corr B* med abeat *Bothius* 1027 Ne tum *Lambinus*: nedum *vel* necdum 1028 aiebant *Camerarius*: dıcebant 1029 *Gellius N.A.* 18, 9, 4 'Velio Longo, non homini indocto, fidem esse habendam, qui in commentario quod fecisset de usu antiquae lectionis scripserit, non inseque apud Ennium legendum sed insece, ideoque a veteribus quas narrationes dicimus insectiones esse appellatas, Varronem quoque versum

1030 Nunc ibo intro ad hanc meretricem, quamquam suscenset mihi,
Si possum exorare, ut pallam reddat, quam referam domum.

MENAECHMUS SOSICLES. MESSENIO SERVUS

MENAECHMUS

1032 Men hodie usquam convenisse te, audax audes dicere,
Postquam advorsum mi imperavi ut huc venires?

MESSENIO

Quin modo
Eripui homines quom ferebant te sublimen quattuor,
1035 Apud hasce aedis: tu clamabas deum fidem atque hominum omnium,
Quom ego accurro teque eripio vi pugnando ingratiis.
Ob eam rem, quia te servavi, me amisisti liberum.
Cum argentum dixi me petere et vasa, tu quantum potest
Praecucurristi obviam, ut quae fecisti, infitias eas.

MENAECHMUS

1040 Liberum ego te iussi abire?

MESSENIO

Certo.

MENAECHMUS

Quin certissimumst,
Mepte potius fieri servom, quam te umquam emittam manu.

---

hunc Plauti de Menaechmis "*nihilo minus esse videtur sectius* quam somnia" sic enarrasse, nihilo magis narranda esse quam si ea essent somnia.' ſec uſquam *B* ſetius quam *C* *Varronis explanationem fateor mihi plane esse obscuram; nam Plauti sententia nisi fallor haec est* haec mihi videntur nihilo aliter esse (se habere) quam somnia. *Ceterum* setius *formam nec Varro nec Velius Longus videtur legisse* 1034 quom *Ritschelius*: qui ferebant te *Gruterus*: te ferebant 1036 Qum *BC* vi pugnando *Camerarius*: uel in pugnando *B* oppugnando *reliqui* 1038 argento *B* poteſt *B pr* poteſ *B corr, C* 1040 Quin *Saracenus*: cui

MENAECHMUS ET FRATER EIUS. MESSENIO SERVUS

MENAECHMUS EPIDAMNIENSIS

1042 Si voltis per oculos iurare, nihilo hercle ea causa magis
Facietis ut ego hodie abstulerim pallam et spinter, pessimae.

MESSENIO

Pro di immortales, quid ego video?

MENAECHMUS SYRACUSANUS

Quid vides?

MESSENIO

Speculum tuum.

MENAECHMUS SYR.

1045 Quid negoti est?

MESSENIO

Tuast imago: tam consimilis est quam potest.

MENAECHMUS SYR.

Pol profecto haud est dissimilis, meam quom formam noscito.

MENAECHMUS EPID.

1047 O adulescens, salve, qui me servavisti, quisquis es.

MESSENIO

Adulescens, quaeso hercle, eloquere tuum mihi nomen, nisi piget.

MENAECHMUS EPID.

Non edepol ita promeruisti de me, ut pigeat quae velis
1050 . . . mihi est Menaechmo nōmen.

MENAECHMUS SYR.

Immo edepol mihi.

1045 tua eſt *Lipsiensis*: tumſt *vel* tum eſt 1046 quom *Acidalius*: quam 1048 eloquere *Fleckeisenus*: loquere 1049 edepol *B corr*, me depol *B pr* me edepol *C* 1050 *Versus initio truncatus:* Eloqui *addidit Fleckeisenus, quod tamen nisi me fallit sensus non plane satisfacit sententiae: malim tale potius* ut pigeat quae velis [Obsequi] *Cf.* 1082 *et Asinar.* 75 id ego percupio ob-

MENAECHMUS EPID.

Siculus sum Syracusanus.

MENAECHMUS SYR.

Eadem urbs et patria est mihi.

MENAECHMUS EPID.

1052 Quid ego ex te audio?

MENAECHMUS SYR.

Hoc quod res est.

MESSENIO

Novi equidem hunc: erus est meus.
Ego quidem huius servos sum, sed me esse huius credidi.
1054 Ego hunc censebam te esse: huic etiam exhibui negotium.
Quaeso ignoscas, si quid stulte dixi atque inprudens tibi.

MENAECHMUS SYR.

Delirare mihi videre: non commeministi semul
Te hodie mecum exire ex navi?

MESSENIO

Enimvero aequom postulas.
1058 Tu erus es: tu servom quaere. tu salveto: tu vale.
Hunc ego esse aio Menaechmum.

MENAECHMUS EPID.

At ego me.

MENAECHMUS SYR.

Quae haec fabulast?
1060 Tu es Menaechmus?

MENAECHMUS EPID.

Me esse dico, Moscho prognatum patre.

MENAECHMUS SYR.

Tun meo patre es prognatus?

MENAECHMUS EPID.

Immo equidem, adulescens, meo.
1062 Tuum tibi neque occupare neque praeripere postulo.

---

sequi gnato meo 1051 eadem urbs *Buechelerus*: ea domuſ
1053 huiusce *Bergkius*, huius me esse *Ritschelius* 1061 Tun

MESSENIO

1063 Di immortales, spem insperatam date mihi quam suspicor.
Nam nisi me animus fallit, hi sunt gemini germani duo:
Nam et patriam et patrem commemorant pariter qui fuerint sibi.

1066 Sevocabo erum. — Menaechme.

MENAECHMI AMBO

Quid vis?

MESSENIO

Non ambos volo,
Sed uter vostrum est advectus mecum navi.

MENAECHMUS EPID.

Non ego.

MENAECHMUS SYR.

1068 At ego.

MESSENIO

Te volo igitur. Huc concede.

MENAECHMUS SYR.

Concessi. Quid est?

MESSENIO

Illic homo aut sycophanta aut geminus est frater tuus.
1070 Nam ego hominem homini similiorem numquam vidi alterum,
Neque aqua aquae neque lacte est lacti, crede mihi, usquam similius,
Quam hic tui est tuque huius autem; post eandem patriam ac patrem
Memorat. Melius est nos adire atque hunc percontarier.

---

meo *Pylades*: Tun ameo meo *C, om B* 1064 geminęi *B* 1065 et patriam et patrem *Lipsius*: et patrem et matrem 1067 vostrorum *Ritschelius, recte, nisi forte males* Sed uter vostrum est [hodie] advectus mecum navi, *coll.* 1057. *Quae praeterea excogitata sunt, irrita videntur* 1069 aut [est] *Ritschelius*, homo [hercle] *Brixius* 1071 *Priscianus* 6, *p.* 212, 7 *H.* 'antiquissimi etiam hoc lacte protulisse inveniuntur teste Capro · · Pl. in Men. "neque · · similius".' *De mutata constructione cf. Munro Lucr.* 4, 1211 1072 post eandem *Bothius*: poſtea eandem 1073 adire atque hunc

MENAECHMUS SYR.

Hercle qui tu me admonuisti recte, et habeo gratiam.
1075 Perge operam dare, obsecro hercle: liber esto, si invenis
Hunc meum fratrem esse.

MESSENIO

Spero.

MENAECHMUS SYR.

Et ego idem spero fore.

MESSENIO

1077 Quid ais tu? Menaechmum opinor te vocari dixeras.

MENAECHMUS EPID.

Ita vero.

MESSENIO

Huic item Menaechmo nomen est. In Sicilia
Te Syracusis natum esse dixisti: hic natus est ibi.
1080 Moschum tibi patrem fuisse dixisti: huic itidem fuit.
Nunc operam potestis ambo mihi dare et vobis simul.

MENAECHMUS EPID.

Promeruisti ut ne quid ores quod velis quin impetres.
Tam quasi me emeris argento, liber servibo tibi.

MESSENIO

Spes mihi est, vos inventuros fratres germanos duos
1085 Geminos, una matre natos et patre uno uno die.

MENAECHMUS EPID.

Mira memoras: utinam efficere quoḑ pollicitus possies.

MESSENIO

Possum. Sed nunc agite uterque id quod rogabo dicite.

---

percontarier] *cf. Amph.* 511 Accedam atque hanc appellabo. *Men.* 698 adibo atque hominem accipiam. *Ad idem genus collocationis omni latinitati commune pertinent* 498 neque ego Erotio Dedi nec pallam surrupui; 943 neque pugnas neque ego litis coepio; *quae iniuria temptantur a criticis: Cf.* 563 res magis quaeritur quam clientum fides, *et* 680. 756 1074 quiⁿ *B* quin *C* *Cf. ad* 419 1075 opſecro *C* 1077 agiſ *B pr* 1079 dixti: et hic *Seyffertus stud. Plaut. p.* 13 1080 dixisti *Guyetus*: dixit *BC* 1084 inventurum *Lambinus* 1086 possies *Camerarius*: poſſiſ 1087 agite] cogite *B corr* co·ite

MENAECHMUS EPID.

Ubi lubet, roga: respondebo, nil reticebo quod sciam.

MESSENIO

1089 Est tibi nomen Menaechmo?

MENAECHMUS EPID.

Fateor.

MESSENIO

Est itidem tibi?

MENAECHMUS SYR.

1090 Est.

MESSENIO

Patrem fuisse Moschum tibi ais?

MENAECHMUS EPID.

Ita vero.

MENAECHMUS SYR.

Et mihi.

MESSENIO

1091 Esne tu Syracusanus?

MENAECHMUS EPID.

Certo.

MESSENIO

Quid tu [scilicet]?

MENAECHMUS SYR.

Quippini?

MESSENIO

1092 Optime usque adhuc conveniunt signa: porro operam date.
Quid longissime meministi, dic mihi, in patria tua?

MENAECHMUS EPID.

Cum patre ut abii Tarentum ad mercatum; postea
1095 Inter homines me deerrare a patre atque inde avehi.

MENAECHMUS SYR.

Iuppiter supreme, serva me.

1091 quid tu ſcilicet. ME. quippini *B*, quid tu? MEN. quippini *C*; *additamentum fortasse ex* ſoficles *nomine ortum* 1094 abii tarentum *Vaticanus* aput arentum *C* habitarem · tum *B* 1095 med aberrare *Buechelerus coll.* 31 avehi] abi · · *B pr*, abii *B corr*

MESSENIO

Quid clamas? quin taces?

1097 Quot eras annos gnatus quom te pater a patria avehit?

MENAECHMUS EPID.

Septuennis: nam tunc dentes mihi cadebant primulum.
Neque patrem umquam postillac vidi.

MESSENIO

Quid, vos tum patri

1100 Filii quot eratis?

MENAECHMUS EPID.

Ut nunc maxime memini, duo.

MESSENIO

1101 Uter eratis, tun an ille, maior?

MENAECHMUS EPID.

Aeque ambo pares.

MESSENIO

1102 Qui id potest?

MENAECHMUS EPID.

Gemini ambo eramus.

MENAECHMUS SYR.

Di me servatum volunt.

MESSENIO

1103 Si interpellas, ego tacebo.

MENAECHMUS SYR.

Potius taceo.

MESSENIO

Dic mihi:

1104 Uno nomine ambo eratis?

1097 quã *B* cum *C* patia vehıt *B* patriad *Ritschelius*
1098 nam tunc *Vaticanus*, nam tuno *C* ıam nunc *B* p··ılla *B pr*, p'ılla[c] *B corr*, poſtıllı *C*, postillac umquam *Ritschelius* vos tum *Colvius*: uostrum 1101 Uter eratıſ *C* Ut erratıſ (*corr* Ut e·ratıſ) *B*

MENAECHMUS EPID.

Minime: nam mihi hoc erat,
1105 Quod nunc est, Menaechmo, illum tum vocabant Sosiclem.

MENAECHMUS SYR.

Signa adgnovi: contineri quin complectar non queo.
Mi germane gemine frater, salve: ego sum Sosicles.

MENAECHMUS EPID.

Quo modo igitur post Menaechmo nomen est factum tibi?

MENAECHMUS SYR.

Postquam ad nos renuntiatum est te et patrem esse mortuum,
1110 Avus mutavit noster, tibi quod nomen est, fecit mihi.

MENAECHMUS EPID.

Credo ita esse factum ut dicis: set mi hoc responde.

MENAECHMUS SYR.

Roga.

MENAECHMUS EPID.

1112 Quid erat nomen nostrae matri?

MENAECHMUS SYR.

Teuximarchae.

MENAECHMUS EPID.

Convenit.
O salve, insperate, multis annis post quem conspicor.

MENAECHMUS SYR.

1114 Frater, et tu, quem ego multis miseriis laboribus
Usque adhuc quaesivi quemque ego esse inventum gaudeo.

1107 Mihi *BC* 1109 *Defectum post* te *statuit Ritschelius, non tam certo quam plerisque visum est* 1112 Quid *B* teuximarce *BC* teuximarce *Vaticanus*, Teuximarchae *Ritschelius* 1113 annis multis *B solus* post quem *B* post quā *C* 1114 Sos. Frater et tu *C Vaticanus* Frater. MEN. Et tu *B, et vulgo* (*fere ut Poen.* 5, 4, 89 *sq.*) *sed illud probabilius videtur neque haerendum in* et *i. e.* etiam miseriis *Bothius*: miseris (multeis miserieis *fortasse in A scriptum fuisse*

MESSENIO

Hoc erat, quod haec te meretrix huius vocabat nomine:
Hunc censebat te esse, credo, quom vocat te ad prandium.

MENAECHMUS EPID.

1118 Namque edepol hic mihi hodie iussi prandium adpararier
Clam meam uxorem, quoi pallam surrupui dudum domo;
Eam dedi huic.

MENAECHMUS SYR.

Hanc dicis, frater, pallam, quam ego habeo . .

MENAECHMUS EPID.

1121 Quo modo haec ad te pervenit?

MENAECHMUS SYR.

Meretrix huc ad prandium
Me abduxit, me sibi dedisse aiebat: prandi perbene,
1123 Potavi atque accubui scortum: pallam et aurum hoc . .

MENAECHMUS EPID.

Gaudeo edepol, si quid propter me tibi evenit boni:
1125 Nam illa quom te ad se vocabat, me esse credidit.

MESSENIO

Numquid me morare, quin ego liber, ut iusti, siem?

---

adnotat Studemundus in ann. Fleck. 1876 *p.* 70 *n.*) 1118 appararier *Camerarius*: paraui *B* adparandum *Vaticanus* adprandiũ *C* 1119 quia *B* quia *reliqui* 1120 *Ambrosiani vestigia quae expiscatus est Studemundus* (*Fleck. ann.* 1876 *p.* 70) *nihil adiuvant. Versum mutilum Brixius sic* quam ego habeo [in manu] *supplevit; de quo dubito; cf.* 167 hanc quam ego habeo pallam; 379 marsuppium · · istuc quod habes; 845 illo scipione quem ipse habet; *putaram hoc modo orationem reconcinnandam* quam ego habeo. [MEN. Haec east.] Quo modo haec ad te pervenit? *Cf. Amph.* 774 Haec east profecto patera; *Epid.* 481 Haec non est ea; 484 haec east; 542, *al.* 1121 [quae] huc *Ritschelius* 1123 Dotaui *B* Dodaui *C, corr Vaticanus* *Versus mutilus*: mihi dedit *supplevit Camerarius, nec plura requiruntur* 1125 me [te] *vel* me [ted] *coniecerunt*; *conf.* 1117 1126 iuſti ſiem *corr*

MENAECHMUS EPID.

Optimum atque aequissimum orat, frater: fac causa mea.

MENAECHMUS SYR.

1128 Liber esto.

MENAECHMUS EPID.

Quom tu es liber, gaudeo, Messenio.

MESSENIO

Sed meliore est opus auspicio, ut liber perpetuo siem.

MENAECHMUS SYR.

1130 Quoniam haec evenerunt, frater, nostra ex sententia,
In patriam redeamus ambo.

MENAECHMUS EPID.

Frater, faciam ut tu voles.
Auctionem hic faciam et vendam quidquid est: nunc interim
1133 Eamus intro, frater.

MENAECHMUS SYR.

Fiat.

MESSENIO

Scitin quid ego vos rogo?

MENAECHMUS EPID.

1134 Quid?

MESSENIO

Praeconium mihi ut detis.

MENAECHMUS EPID.

Dabitur.

MESSENIO

Ergo nunciam
1135 Vis conclamari auctionem fore?

Vaticanus: ıuſtıſ eam *BC* *Post* 1129 *versum intercidisse statuit Ritschelius* 1134 PRAECONIUMMIHIUTDETIS *A*, *C* mıhı praeconıum uıdetıſ (*corr* ut detıſ) *B* praeconium ut mihi detiſ *ed. pr.*

Menaechmus Epid.

Equidem, die septimi.

Messenio

1136 Auctio fiet Menaechmi mane sane septimi.
Venibunt servi, supellex, fundi, aedes, omnia
Venibunt, quiqui licebunt, praesenti pecunia.
Venibit uxor quoque etiam, si quis emptor venerit.
1140 Vix credo auctione tota capiet quinquagesies.
Nunc, spectatores, valete et nobis clare applaudite.

1135 Equidem *Bergkius*: quidem *B* quid eſt *C* 1137 [et] aedes *Muellerus* 1141 clare dare plaudite *B*

VERSUS 595—633 A RITSCHELIO ORDINATI

MENAECHMUS

[Quisnam hic loquitur? quid ego video? meo cum parasito simul
Uxor eccam ante aedis astans mihi facit remeliginem.]
613 Tristis admodumst: non mihi istuc satis placet. [set conloquar.]
617 Dic, mea uxor, quid tibi aegrest?

PENICULUS

Bellus blanditur tibi.

MENAECHMUS

618 Potin ut mihi molestus ne sis? num te appello?

MATRONA

Aufer manum,
598 Aufer hinc palpationes. pergin tu?

MENAECHMUS

Quid tu mihi
599 Tristis es?

MATRONA

Te scire oportet.

PENICULUS

Scit, sed dissimulat malus.

MENAECHMUS

611 Numquis servorum deliquit? num ancillae aut servi tibi
612 Responsant? eloquere: inpune non erit.

MATRONA

Nugas agis.

MENAECHMUS

614 Certe familiarium aliquoi irata's?

MATRONA

Nugas agis.

MENAECHMUS

615 Num mihi's irata saltem?

MATRONA

Nunc tu non nugas agis.

MENAECHMUS

616 Non edepol deliqui quicquam.

MATRONA

Hem, rusum nunc nugas agis.

MENAECHMUS

597 Quid illuc est, uxor, negoti?

MATRONA

Men rogas?

MENAECHMUS

Vin hunc rogem?

600 Quid negotist?

MATRONA

Pallam

MENAECHMUS

Pallam?

MATRONA

Quidam pallam

PENICULUS

Quid paves?

MENAECHMUS

601 Nil equidem paveo — nisi unum: palla pallorem incutit.

PENICULUS

602 At ego, tu ne clam comessis prandium. perge in virum.

MENAECHMUS

603 Non taces?

PENICULUS

Non hercle vero taceo. nutat ne loquar.

MENAECHMUS

604 Non hercle ego quidem usquam quicquam nuto neque nicto tibi.

PENICULUS

606 Nihil hoc confidentiust: qui, quae vides, ea pernegat.

PENICULUS

607 Per Iovem deosque omnis adiuro, uxor: satin hoc est tibi?
608 Me isti non nutasse.

PENICULUS

Credit iam tibi de isto: illuc redi.

MENAECHMUS

609 Quo redeam?

PENICULUS

Equidem ad phrygionem censeo. i, pallam refer.

MENAECHMUS

610 Quae istaec pallast?

PENICULUS

Taceo iam: quando hic rem non meminit suam.

MATRONA

596 Clanculum te istaec flagitia facere censebas potis?
595 Ne illam ecastor faenerato mi abstulisti. sic datur.

PENICULUS

619 Sic datur: properato absente me comesse prandium:
620 Post ante aedis cum corona me derideto ebrius.

MENAECHMUS

621 Neque edepol ego prandi neque hodie huc intro tetuli pedem.

PENICULUS

622 Tun negas?

MENAECHMUS

Nego hercle vero.

PENICULUS

Nihil hoc homine audaciust.
623 Non ego te modo hic ante aedis cum corona florea
624 Vidi astare, quom negabas mihi esse sanum sinciput,
625 Et negabas me novisse, peregrinum aibas esse te?

MENAECHMUS

626 Quin ut dudum devorti abs te, redeo nunc demum domum.

PENICULUS

627 Novi ego te: non mihi censebas esse qui te ulciscerer:
628 Omnia hercle uxori dixi.

MENAECHMUS

Quid dixisti?

PENICULUS

Nescio.

629 Eampse roga.

MENAECHMUS

Quid hoc est, uxor? quidnam hic narravit tibi?
630 Quid id est? quid taces? quin dicis quid sit?

MATRONA

Quasi tu nescias.

605 Ne ego ecastor mulier misera.

MENAECHMUS

Qui tu misera's? mi expedi.

MATRONA

631 Me rogas?

MENAECHMUS

Pol haut rogem te, si sciam.

PENICULUS

O hominem malum:
632 Ut dissimulat. non potes celare: rem novit probe:
633 Omnia hercle ego edictavi.

Lipsiae, typis Breitkopfii et Härtelii.

In demselben Verlage sind erschienen:

AESCHYLUS. — Aeschyli Persae recensuit Johannes Oberdick. Pars I. MDCCCLXXVI. XII u. 128 S. gr. 8. Geh. ℳ 1.50

AMMIANUS. — Ammiani Marcellini rerum gestarum libri qui superstant. Praemittitur Eyssenhardti recensio. MDCCCLXXI. XIV u. 90 S. gr. 8. Geheftet ℳ 11.— Herabges. Preis ℳ 6.—

—— —— Editio minor. MDCCCLXXII. VI u. 421 S. 8. Geheftet ℳ 4.— Herabges. Preis ℳ 2.—

ARISTOTELES. — Aristotelis de arte poetica liber iterum recensuit et adnotatione critica auxit Johannes Vahlen. MDCCCLXXIV. XV u. 240 S. gr. 8. Geheftet ℳ 5.—

Vergriffen. — neue Ausgabe in Vorbereitung.

BONITZ. — Platonische Studien von H. Bonitz. Zweite Auflage. 1875. XII u. 232 S. gr. 8. Geheftet ℳ 7.—

Inhalt: Gorgias. Theaetetus. Euthydemus. Philebus. Laches. Euthyphron. Charmides. Protagoras. Phaedrus. Phaedon.

CICERO. — M. Tullii Ciceronis de legibus libri ex recognitione Johannis Vahleni. MDCCCLXXI. VII u. 167 S. gr. 8. Geheftet ℳ 3.—

Vergriffen — neue Ausgabe in Vorbereitung.

GOTSCHLICH. — Lessing's Aristotelische Studien und der Einfluss derselben auf seine Werke. Dargestellt von Dr Emil Gotschlich, Oberlehrer am Gymnasium zu Beuthen O. S. 1876. VIII u. 134 S. gr. 8. Geheftet ℳ 3,—

HARTEL. — Homerische Studien. Beiträge zur Homerischen Prosodie und Metrik von Wilhelm Hartel. Zweite Auflage. 1873. IV u. 130 S. gr. 8. Geheftet ℳ 3,—

VAHLEN. — Lorenzo Valla. Ein Vortrag von J. Vahlen. Zweiter Abdruck aus dem Almanach der Kaiserlichen Akademie der Wissenschaften zu Wien vom Jahre 1864. 1870. VIII u. 63 S. 8. Geheftet ℳ 1,20

Lipsiae, typis Breitkopfii et Härtelii.